


Amica Admonitio Super Decisione De Quatuor Per Aliquot annos inter nonnullos Augustanae Confessionis Theologos agitatis Controversis quaestionibus, De Omnipraesentia Christi Theanthrpu Ad Creaturas, Eiusdemq[ue] Vera Et Profunda Humiliatione Et Inanitione

Tubingae: Werlin, 1624

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn791682595>

Druck Freier  Zugang





F.g. - 1709^{1-5.30}

Ep. 360 p

Pr. 398 p

69 p

M. 122 p

A - B

24 p

A - B

Pr. 268 p

Fg

52.7.

M.

Fg

3
Amica Admonitio

SUPER

DECISIONE

DE QUATUOR PER ALIQUOT

annos inter nonnullos Augustanae Con-
fessionis Theologos agitatis Contro-
versis questionibus,

DE OMNIPRÆSENTIA CHRISTI

ΘΕΑΝΘΡΩΠΟΥ ΑΔ ΚΡΕΑΤΟΥΡΑΣ, ΕΙΟΥΣΔΕΜΟΥ
VERA ET PROFUNDA HUMILIATIONE
ET INANITIONE,

ADORNATA

à

THEOLOGIS

WURTENBERGIACIS.



Primum TUBINGÆ

Prælo subjecit Theodoricus Werlinus.

ANNO M. DC. XXIV.

America Admonitio

SUPER

DECISIONE

DE QUANTOR PER ALIQUOT

inter inter nominibus, Angustias, Con-
suetudinis Theologos, regibus, Con-
suetudines, Angustias, Con-

DE OMNIBUS ESSENTIA CHRISTI
STANT NOT AD GRANTIAS FIDELITATE
VERA ET PROPERA ILLATIONE
ET INANITIONE

AD ORNAM

THEOLOGIS
WESTENBERGII



Principium THEOLOGIAE

Prælo subactis Theodorici Westenbergii

ANNO MDCCLXXIV

P R O O E M I O N.

SI Ecclesiarum Orthodoxarum pius in doctrina religionis consensus, ad retundendos Adversariorum, Pontificiorum inprimis & Calvinianorum conatus, uspiam utilitatem quandam præstitit, Saxonicarum certè & Suevicarum sincera & amica conjunctio utilitatem præstitit maximam. Testatur id Tridentino-Papalis actio à Johanne Schleidano lib. 23. copiosè descripta; loquitur magnum illud & arduum Christianæ Concordiæ opus, à Serenissimo Electore Augusto, Principe omnium seculorum memoria laudatissimo, Deo clementer, ringentibus licèt Sarranæ squamis, favente, conditum, & in hunc finem piè directum, ut Ecclesiarum Saxonicarum & Suevicarum harmonicus consensus, quem irrequiere nonnulli homines, Calvinismo furtim introducto, miserè turbarant, redintegraretur. Animadverterat enim sapientissimus Princeps, quantum Saxonicarum & Suevicarum Ecclesiarum consociatio fraternæ roboris ac firmitati habitura esset, quod etiam optatus rei successus & felicissimus eventus locupletissimè comprobavit. Idem Peuceri & Crellianæ turbæ, Hoffmannianæ tempestates & Huberianæ rixæ demonstrarunt, quæ Ecclesiam haud levi scandalo concussissent, nisi collatis sententijs, junctisq; viribus Ecclesiarum Saxonicarum & Württembergensium illæ restinctæ & consopitæ fuissent.

Novit hoc optimè Satan, quanta à duabus his Ecclesijs, doctrinæ & fraternitatis vinculo unitis, regno suo immineat ruina; idèd nexum hunc, plurimis annis indissolubilem, pertinaci conatu per vanitatis suæ organa rumpere indefesso studio & callidis machinationibus impensissimè laboravit. Quò magis autem ille per novatores, pium & sanctum illum consensum turbare desudat, eò magis à nobis annitendum foret, ne maligni sui voti compos unquam evaderet, sed ut nervus amicissimæ conjunctionis ac concordiæ concordis subinde magis magisq; adstringeretur. Sed, cheu, dulcissima hæc & fructuosa in doctrina religionis harmonia, quæ jam inde à tempore editæ Formulæ Concordiæ sanctæ & illibatè inter utramq; Ecclesiam fuit conservata, jam jam aliquantulum turbari velle videtur. Ortà enim, inter nonnullos Augustinæ Confessionis Theologos de Humiliatione Christi *Θεωρημάτων* controversià, An nimirum illa hominem Christum, in unitatem infinitæ personæ assumptum, actu etiam personæ à creaturis suis absentem faciat, & operationes in officio regio in naturas dividat, adeoq; personam ipsam divellat: h. e. an Christus, quia homo est, quia sese realiter & profundissimè humiliando exinaniverat, toto Humiliationis & Inanitionis tempore, vi etiam realissimè *ἡνωσίου* naturarum, idiomatum & operationum in infinità hypostasi & λόγῳ facta, neq; actu propinquitate substantiali omnibus creaturis indistanter adfuerit, neque omnipotenter & omnisapienter Ecclesiam totumq; hoc universum (non quidem simpliciter & absolute plenariè, sub formâ tamen servili latenter & cum multâ retractione in omnibus ijs, quæ incarnationis finem, nostram videlicet redemptionem potuissent impedire) unâ cum λόγῳ *Ἰνδιδίσε* rexerit, gubernârît & sustentârît? Hic Theologi nonnulli, inaudito alioquin Ecclesijs orthodoxis errore

rore, utrumq; (quoad sensum & fundamenta) asserere nulli dubitarunt, & quod Exinanitio *Hominem Christum in infinitam ὑπόστασιν* & Δόξῃ assumptum à creaturis suis absentem faciat, (quas tamen omnes etiam humiliationis tempore à patre sibi secundum humanitatem in manus traditas habebat, Matth. 11.27. Joh. 3.35.) & quod eadem operationes Christi in naturas dividat, atque consequenter personam ipsam dividat, h. e. aliquot editis scriptis defendere non reformidarunt, quod *Homo in infinitam ὑπόστασιν Filij Dei assumptus, actu etiam persona, toto humiliationis tempore per 34. ferme annos, neque creaturis suis universis propinquitate substantiali ADFUERIT, neq; easdem INDIVISE cum Δόξῃ in officio suo regio, juxta secundum genus communicationis idiomatum in Form. Concordiæ descriptum, omnipotenter & omniscienter (Δόξῃ licet id faciente) rexerit, gubernarit & sustentarit.* Erroribus hisce publicis scriptis disseminatis, Theologi VVürtenbergici, prouti officij & juramenti ratione obstricti erant, primò privatim, postmodum, etiam publicè contraiverunt, atq; è Scriptura, scriptis Lutheri & Brentij, libris Symbolicis, Formula Concordiæ in primis, solidè demonstrarunt, & quod *humana Christi natura in infinitam ὑπόστασιν & Δόξῃ realiter assumpta, ob intimam naturarum, proprietatum & operationum indivisibilitatem, profundissimamq; ἐκχώρησιν, seu immeationem & circumcessionem actu persona, à primo conceptionis puncto universis suis creaturis unà cum Δόξῃ (cum quo stupendâ ἐκχώρησιν homo assumptus totaliter unitus, nec ullibi locorum ab eo separatus est) INDIVISE propinquitate substantiali ADFUERIT, & quod itidem unà cum Δόξῃ indivisè totum hoc universum, sub formà licet servili latenter & cum multà retractione in omnibus ijs, quæ finem incarnationis, opus videlicet redemptionis potuissent impedire, omnipotenter tamen & omni-*

4 *Amica Admonitio super*

sapienter rexerit, sustentarit & gubernarit. Sicut enim (ut
Scripturæ fundamenta alibi allata, & suo etiam loco ad
confirmationem sententiæ nostræ orthodoxæ referen-
da, brevitatis gratiâ prætereamus) Concilium Ephe-
sinum anathematismo 2. 3. 4. Scriptura definivit, quod
negat à communicatione idiomatum (inter quæ necessariò et-
iam actiones & operationes officiales idiomatum divinatorum,
phrasi Ecclesiasticâ, referuntur, unde *νεῖνωτα ἐνεργητῶν πε-*
culiare genus communicationis idiomatum, & quidem secun-
dum in ordine juxta Form. Concordiæ constituit) personæ
etiam unitas in Christo negetur, & ipse in duas personas divide-
tur. Sic & Chalcedonense: quod in personâ Christi utraq-
natura agat seu operetur cum communicatione alterius, quod u-
niuscujusq; proprium est. Sic Leo Epist. 81. *Forma servi, & a-*
humana humilitas est, & in gloriam divinæ potestatis evecta-
est in tantam unitatem ab ipso CONCEPTU virginis, Deitate
& humanitate connexa, ut nec sine homine divina,
nec sine D E O agerentur humana. Sic Bren-
tius Tom. 8. operum fol. 929. (Christus homo) morie-
batur in cruce juxta humiliationem; & tamen conservabat in-
vitâ omnes viventes juxta majestatem: jacebat in sepulchro mor-
tuus exinanitione; GUBERNABAT vidus cælum & terram
majestate, & hac quidem tempore humiliationis ANTE resurre-
ctionem. Sic tandem ipsa Form. Concord. de hoc nego-
tio p. 772. & 773. Edit. Lips. de anno 1612. è Luthero:
Ubi opera divelluntur & separantur, ibi etiam personam ipsam
dividi necesse est, cum OMNIA OPERA omnesq; passionis, non
NATURIS (quasi separatim) sed personæ (quæ ambæ natu-
ræ est) (realiter) tribuantur. Personam ipsam est (id est, ambæ
naturæ) quæ OMNIA ILLA AGIT & patitur; hoc quidem se-
cundum hanc naturam (SECUNDUM, hic loci, non est sepa-
natura

Decisione 4. Quæst. Theolog.

5

rativum, sed tantum distinctivum.) illud verò secundum alteram naturam (h.e. secundum proprietatem alterius naturæ, altera per communicationem realem non exclusâ) que sanè omnia viris eruditis sunt notissima. Item: Quod ad rationes officij, (etiam Regij) Christi attinet, persona non agit & operatur in se cum unâ, vel per unam naturam TANTUM; sed potius IN, CUM & SECUNDUM atq; per UTRAMQUE naturam, seu, ut Concilium Calcedonense loquitur, una natura agit seu operatur cum COMMUNICATIONE alterius, quod CUIUSQUE proprium est. Pag. 784. Cum Christus talis homo sit, qui præter naturæ ordinem cum Deo una est persona, & extra hunc hominem nullus Deus reperiatur, necessario conficitur, quod & juxta tertium illum supernaturalem modum SIT & esse possit UBIQUE, ubi Deus est, ita ut omnia PLENA sint Christi ETIAM IUXTA HUMANITATEM &c pag 785. AB EOMOMENTO, in quo divinitas cum humanitate unita est in unam personam, homo ille, qui est filius Maria, reverà est & vocatur omnipotens æternus Deus, qui æternam habet potestatem, qui omnia creavit & CONSERVAT (per communicationem idiomatum) propterea quòd cum Divinitate una sit persona, & verus sit Deus &c. Cum itaq; Württembergici Theologi contra Dissidentes nonnullos expressum Dei verbum, piam Antiquitatem, Lutherum, Brentium & Symbolica scripta, imprimis verò Formulam Concordiæ, quæ Electoralium Saxonicarum & Suevicarum Württembergicarum Ecclesiarum pij in religione consensus communis tessera est, pro se habuerint, optandum fuisset, ut Decisionis Autores Württembergici socias jungerent manus, adeoque pro veritate in lib. Concordiæ contenta, cui & ipsi subscripserunt, cum iisdem contra Dissidentes starent, quomodò molitio hæc eò felicius & fortius potuisset retundi. Sed præter nostram spem
conce.

conceptam, à Württembergico-Suevicis Ecclesijs nonnulli eorum sese tantum non separant, ac non tantum nonnullis Theologis sese adiungunt, sed & lib. Concord. publico scripto repugnant. Hoc ipso enim anno scriptum de hac ipsa controversia edunt, cui titulum præfigunt, *SOLIDA verborum Dei & libro Concordie Christianæ congrua DECISIO* quatuor illorum controversorum capitum, &c. cum mandato Serenissimi & Potentissimi Electoris Saxonie, &c. in quo à veritate in libro Concordie de hac controversia contenta, ut & à nobis, illam defendentibus dissentire videntur, atq; ad partes nonnullorum ita transeunt, ut contra propria, privatim & publicè antehac edita scripta, ijs per omnia suffragentur. Speramus quidem, quia sententiam nostram, post dilucidas declarationes, cū primis in ταπεινωσις factas, minus rectè, ut suo loco docebitur, adhuc sunt assecuti. ipsos sese à nobis non separaturos, sed in Domino ac fidei unitate, uti hætenus, ita etiam in posterum conjunctissimos permansuros, id quod unice à Deo, omnis in religione unitatis, veritatis & pacis unico autore, calidissimis exoptamus votis: interim tamen ad hanc ipsorum *Decisionem*, pro scientiæ, conscientiæ & officij nostri rationibus, multas & prægnantes ob causas omnino tacere non possumus. Amicæ itaq; admonitionis loco paucula duntaxat *συνομιαι* saltèm, ut quæ nostra sententia sit, rectius percipiatur, ad illam monebimus, sperantes, neminem piorum Christianorum nostrum hoc institutum facile esse improbaturum.

Protestatio.

Principio autem, quoniam *Decisio* hæc, uti inscriptio habet, cum mandato Serenissimi & Potentissimi Principis ac Domini, Domini Johannis Georgij, &c. Sacri Romani Imperij Archimarschalli, & Prin-

Decisione 4. Quest. Theolog. 7

Principis Electoris, &c. ad omnium notitiam publici Juris facta est, sanctè protestamur, quòd Majestatem tanti Principis, quantum id quidem & quocunq; modo per conscientiam fieri posset, amicà hâc nostrâ admonitione ad Serenitatis ipsius Theologorum Decisionem nullatenus velimus læsam. Non enim nos latet, neque totum orbem Christianum ullatenus id latere potest, aut seram etiam nostram posteritatem, siquidem aliqua futura, latere poterit, quantâ maximâ cum curâ & indefessâ diligentâ Serenitas ipsius, exemplo laudatissimorum Majorum, in id hæctenus incubuerit, ut politica, pax, quæ jam per aliquot annos è finibus Germaniæ, dulcissimæ nostræ patriæ, cum mulcorum tristissimâ elade & interitu, quin & totius Sacri Romani Imperij ruina & dolenda *πενολεθει* expulsa fuit, reduceretur, adeoq; communis patriæ salus restauraretur; pro quo unico, si nil præterea extaret, Serenitati ipsius, ceu fulcro Romani Imperij, universi ac singuli, qui S. Romani Imperij Cives sumus & Incolæ, in primis verò nos, qui sincera & invariata Augustanæ Confessionis & Formulæ Concordiæ in religionis negotio sumus addicti, ingentes jure meritò debemus gratias. Humilissima etiam subjectione & gratiarum actione devotissima agnoscimus, quòd ipsius Serenitas tanto cum zelo non tantùm hæctenus providerit, ut in sui Electoratus^o Academijs, Ecclesijs & Scholis, divinæ veritatis nobilissimum clinodium intemeratum custodiretur, sed & in alijs ditionibus & provincijs Ecclesiarum Evangelicarum status imperturbatus conservaretur. Quin & in hoc præsentis negotio tam certi sumus, quàm qui certissimi, quòd Serenitas ipsius optimâ intentione decisionem hanc publici juris fecerit, adeoq; hoc solummodo spectare-

B

rit,

nit, quod & omnes pii, & nos juxta cum illis, amicè invitè fac-
 lient, ut Omnipotentis Dei gloria promoveretur, Ecclesia labo-
 ranti succurreretur, puritas doctrinae servata, & rectè custodi-
 veretur, & ad seros usq. nepotes propagaretur.

Sanctè etiam protestamur, quòd in amicà hanc ad-
 monitione cum tot Reverendo Electoratu Saxonie Mini-
 sterio robu negotium non sit. Pars enim de nostrà senten-
 tià nil quicquam hactenus, nisi per incertos rumores
 audivit, aut si aliquid audivit, non tamen rectè & dex-
 trè, uti tota hac Decisio testatur, statim controversiæ &
 mentem nostram percepit; pars verò scripta nostra,
 hanc de materià edita (uti literæ Virorum præclarissi-
 morum è Saxonia ad nos datæ, loquuntur) non habuit,
 aut si omninò exigua pars literatorum illa habuit, cò-
 plurimas tamen occupationes cum judicio perlegere,
 & accuratè ponderare non potuit. Qui autem senten-
 tiam aliquà exactè nō intelligit, de ea sanè ne judicare
 quidem valet, nedum ut eandem ceu heterodoxam &
 erroneam condemnare audeat. Imò verò maxima pars
 Decisioni huic ne quidem interfuit, tantùm abest ut
 præfuerit; nemo verò adhuc dum inter omnes Theo-
 logos eidem subscripsit. Non itaque vel possumus vel
 debemus amicam hanc nostram Admonitionem Toti
 Reverendo Saxonico Electorali ministerio, aut omni-
 bus S.S. Theologiæ Professoribus Academicis, oppo-
 nere, cum certò sciamus, plurimos, imò omnes ac sin-
 gulos, si rectè informarentur, rectius etiam de nobis &
 orthodoxà ac canà nostrà sententià esse judicatu-
 ros. De hoc quoque protestamur, quòd ne quidem cum illis
 omnibus nobis res sit, qui ex Serenissimi Electoris pia
 invitatione ad expendendam hanc controversiam suè-
 re convocati, Sunt enim extra omne dubium viri opti-
 mi.

Decisione 4. Quest. Theolog.

mi, Doctissimi, & in arduis etiam controversiis decidendis acutissimi; speramus etiam illos in presenti negotio absq; *περὸ πλῆθους* pro suâ scientiâ & conscientia, quam in testimonium adducunt, decidisse, atq; consequenter quicquid errârunt, id ex sinistra tantum & insufficiente unius aut alterius informatione errâsse. In hac nostrâ admonitione autem potissimum, imò verò unicè cum illis agimus, qui Serenissimo Electori ut & reliquis Theologis in conventibus de nostrâ sententiâ retulerunt, Decisionem hanc stylo suo adornârunt, cæterisq; Dominis convocatis Theologis ad relegendum & approbandum proposuerunt. Hi soli omnium eorum, quæ in Decisione hac errata sunt, culpam unicè sustinent: proinde etiam ut omnia, quæ admonitionis loco reponemus, ad se solos pertinere sibi persuasum habeant, volumus; cæteros Dominos Theologos, Decisionem hanc approbantes, quia non satis informati fuerunt, ipsimet excusamus, neq; quenquam illorum nostrâ hac admonitione offendere in animo constitutum habemus. Quid autem in Decisione illa desideremus, jam nunc pucis monebimus.

Primò autem desideramus, quòd statim in mandato Serenissimi Electoris Saxonie, Decisioni huic præmissa, Autores illius pag. 5. l. 1. & 2. dicunt, *amicabilem suam interpositionem non aequè omnibus* (id est, Würtembergicis) *gratam & acceptam fuisse;* & pag. 7. l. 1. 2. *ab aliquibus membris* (D. Mentzero videlicet) *ad iudicium Saxonorum Theologorum* (quorum consensum ab initio moti certaminis D. Mentzerus in literis ad Tubingenses testavit) *& calculum libri Christiane Concordie instanter provocatum,* &c. quæ nos verè & breviter ita excusamus. Nos ex parte nostrâ amicabilis interpositionis & totius hu-

Sylloge rerum, quæ generaliter in Decisione desiderantur.

jus controversiæ (à D. Mentzero infelicitè motæ) com-
 positionis tam temper fuimus cupidi, quàm qui cupi-
 dissimi: non enim Christianæ charitatis & nostræ in re-
 bus fidei unitatis usq; adeò unquam fuimus obliti aut
 negligentes, quin hoc unicè semper, propter multa
A C C E P T A *scandala*, unà cum aliis piis (ut nimirum
 maturè, in herba quasi, totum hoc compoeretur liti-
 gium) habuerimus in votis. Testimonium hac in re cer-
 tissimum perhibet nobis *conscientia nostra*, nec non *Illu-
 strissimus & Preclarissimus noster Princeps. toto in Imperio Ro-
 mano religio, paci, concordia & charitati Christiana nomi-
 ne decantatissimus & celebratissimus*, qui nos, si ita, uti in-
 cusamur, *Quarere & morosè contentiosi* fuissetus,
 tam diu toleraturus non fuisset; testari etiam hâc de re
 poterunt *Domini Delegati Hassiaci*, qui Stotgardia: ani-
 mum nostrum ad concordiam & tranquillitatem pro-
 piosissimum, è nobis cognoverunt, in eod; etiam ac-
 quieverunt; testantur id tandem etiam *Scripta nostra*, in-
 primis *Taravanzæ p. 1. 2. 17. 41. & alibi*. Sed ut
 ut nostra ex parte amicabilis interpositionis & frater-
 næ compositionis fuerimus avidissimi, illam tamen ha-
 ctenus nec piensissimus & religiosissimus noster Prin-
 cept, nec etiam Nos **IMPETRARE** potuimus. Notum
 enim Autoribus hujus Decisionis, quòd An. 1621. mens.
 Septembri Illustrissimus & Preclarissimus Princeps Lu-
 dovicus, Hassiæ Landgravius ad nostrum itidem Sere-
 nissimum Principem Legatos (viros sanè Nobiles, ad-
 modùm Reverendos & integerrimos, D. D. Nicolaum
 ab Ottera, D. D. Henricum Leuchterum, nunc *ex ætate*,
 & D. D. Winckelmannum) miserit qua situm, I. *de statu
 controversiæ inter Mentzerum & Nos. II. De fundamentis no-
 stræ sententiæ, & tandem III. De medijs compositionis. In-*
 punctis

punctis hinc omnibus ac singulis Dominis Delegatis mentem nostram clarè explicavimus, statum controversie unà cum fundamentis nostrae orthodoxae assertionis ipsis communicavimus, ac de medijs etiam amice & fraterne compositionis tractavimus, ubi tandem per Recessum, subscriptione & sigillis utrinq; legitimè munitum, ita conclusum, ut vicissim Mentzerus & ipsius Gener Feurbornius prope diem erga Theologos Würtembergicos sese scripsit, quid de statu controversiae unà cum fundamentis Orthodoxae nostrae assertionis & medijs amicabilis compositionis ipsis communicatis, sentiant, declarare debeant; quae ipsorum declaratio unà cum statu controversiae, nostrisq; fundamentis & compositionis medijs ad duo haec Evangelica & nullo modo suspecta Consistoria, Dresdensis scilicet Electorale & Durlacense Marchicae transmitti debeant, rogatum ibi de voto super nostrae controversiae non DECISIVO & absolute definitivo, quasi alterutriusque pars Consistoriorum illorum iudicio necessario stare aut teneri debeat, sed de voto CONSULTIVO. Quod si autem tum vel utraq; vel alterutra pars ob justas dissentiedi causas acquiescere nolit aut non possit, ad publici conventus colloquium & censuram totum negotium devolvatur. Hoc, hoc in illo conventu Stutgardiano à religiosis politicis & Theologis, utraq; ex parte deputatis, fuit conclusum, à Serenissimo Principe nostro clementissime approbatum, ab Illustrissimo verò & laudatissimo Principe Ludovico, Hassia Landgravio, peculiariter rescripto pie & religiose eatenus acceptatis, ut continuo Professoribus Giessensibus D. Mentzerus & Feurbornio clementissime mandavit, seriosè eosdem monuerit, ut non solum super omnibus Stutgardiae tractatis, ac speciatim per Würtembergicos Theologos propositis punctis mentem & sententiam suam, quam citissime aperirent, sed etiam praecipue in tam sublimi divino officio, se positis scrupulostatibus de us pharisaeis & formulis

loquendi circa puncta controversa cogitarent, quae sacri literarum
 & pure ac invariatae Augustinae Confessioni consentanea essent.
 recessui huic duo illi Giessenses Theologi si morem
 gessissent, & quid de nostris fundamentis sentirent, se-
 se planè confessim declarassent, tunc sanè in nobis nul-
 la fuisset deprehensa mora, quin statim huic Recessui
 satisfaceret, & pro amicabile interpositione *oroq;* CON-
 SULTIVO suprà dicta illa Consistoria rogarentur. Sed
 post iteratas etiam admonitiones, ut duo illi Giessen-
 ses Theologi Recessui, tum subscriptione, tum sigillis
 munito, satisfacerent, impetrare non potuimus. Non
 ergo *Württembergici*, sed duo illi *Hassiaci* Theologi in culpa
 sunt, cur minùs *hasseng* amicabile interpositio à nobis admitti
 potuerit. Religio enim nobis erat, ab eo, quod semel in
 illo Recessu deliberato consilio conclusum, ex utraq; parte ap-
 probatù, ac à pièntissimis Principibus clementissimè ratifica-
 tum erat, recedere, multò minùs privato aliquo ausu rescinde-
 re, tollere aut mutare. Ex quo liquet, quae prima & pra-
 cipua causa fuerit, cur litigij hujus compositio à Domi-
 nis Theologis Saxonis non fuerit expectata, illud ni-
 mirum non ideò factum, quasi ea nobis minùs fuerit grata
 & accepta, sed quod vi facti recessus *Sturgardiani* eam priùs
 admittere non poteramus, quàm se *Giessenses* Theologi idem
 erga nos, què madmodù nos erga ipsos, declarassent. Nolumus
 jam attingere, Dominos Decisores Saxonicos nunquã
 ut INTERPONENTES, sed semper in negotio hoc,
 quasi PUPILLARI, ut *Judices* DECISIVOS & DE-
 FINITIVOS, ULTRO sese obtulisse ac petisse, ut
 in ipsos COMPROMITTEREMUS, ac IPSORUM
 DEFINITIVÀ ET DECISIVÀ SENTENTIÀ
 SIMPLICITER STAREMUS, id quod non tan-
 tum inauditum & nimis magnum postulatam, sed
 omnino

Decisionē 4. Quest. Theolog.

omnino etiam contra illam conscientiarum, quatenus in Christo habemus, libertatem erat. Pontificij quidem olim ante annos centum in Comitibus Wormatiensibus tale quid à Beato Luthero postulârunt, ut *Casari & Ordinibus seu Statibus Imperij iudicium de sua doctrinâ pure & absq. conditione permitteret*; Verùm simpliciter id recusavit Lutherus, obaixē semper petens, ut sibi liceat *salvâ tueri conscientiam, homines esse (sensu Scripturæ) mendaces, quorū propriam errare & falli, se proinde non posse doctrinam suam, quam à Scripturis divinis didicerit, ne quidem totius Romani Imperij cognitioni & iudicio definitivo & decisivo simpliciter absq. cōditione subicere aut submittere nisi intentum, in quantum à Scriptura, quod erraverit, convincatur, que tamen apertissime pro se faciat, vide Schleidan, prolixè hæc describentem, libr. 3. Comment. pagin. compressis 57. 58. Edit. Francof. An. 1610. & Luth. Tom. 1. Ger. Jen. fol. 447. 450. ubi ita: Von mir ist begert vnd gefordert worden/ ich wolte einfältig/ deutlich/ vnnnd außtruscklich antworten/ ob ich widerzuffen wolte oder nicht? Darauff ich abermals auffß demütigst gesagt/ weil mein Gewissen durch Heilige Schrifft/ welche ich in meiner Büchlin angezogen vnd eingeführt habe/ beschlossen vnnnd gefasset were/ so kōndte ich/ ohne bessern Vnterricht/ gar nichts widerruffen. Da handelten etliche Chur/ Fürsten vnnnd andere Ständ des Reichs mit mir/ dasi ich meine Büchlin Kayserl. Maye. vnnnd den Reichsständen Erskandnus vndergeben vnnnd heimstellen wolte/ welches der Cansler zu Baden vnd Doctor Peutingen bey mir fleißig suchten/ vnnnd sich in dem hefftig bemühten vnnnd arbeiteten/ ich aber erbote mich wie zuvor/ so ich nur mit Göttlicher Schrifft/ oder öffentlicher Vrsachen anders gelehrt/ wolte ich gern weichen. Endlich ist gehandelt/ ich wolte*

wolte etliche außgezogene Articul auff Erkandtnus eines
 allgemeinen Concilij stellen vnd vertrauen. Aber ich/ als
 der allezeit vnd mit allem fleiß demütiglich/ willig/ vnd be-
 reit/ alles zu thun vnd zu leiden/ was mir immer müglich
 were/ köndte diß einig nicht erlangen (welches doch gar ein
 Christliche Bitt ist) daß mir Gottes Wort FREY vnd
 UNGEBUNDEN BLEIBE/ vnd meine Büchlin. Ihr.
 Kayf: May. vnd des Reichs Ständen also vnd mit dies-
 sem Bescheid vndergebe/ auch ohne erörterung eines Con-
 cilij verträwete/ daß nichts wieder das Euangelium Got-
 tes weder von mir vnderworffen/ noch von ihnen *defini-
 re*
 vnd erkandt würde; auff dem ist der ganze Handel bestan-
 den vnd beruhet/ &c. Hoc in Lutero hactenus sem-
 per approbatum, & ceu egregium factum publicis
 scriptis à nostris dilaudatum est; minus igitur *Luthe-
 ranis* id in nobis improbari potest, quòd in negotio re-
 ligionis & conscientie (cui solus altissimus definitivè
 imperare potest) in nullius hominis *absolute decisivum*
 & *definitivum* vorum & *judicium* compromittere vo-
 luimus.

Secundò desideramus, quòd in eodem mandato
 Serenissimi Electoris, Decisioni quæstionum præmissò,
 Autores illius pag 8. dicunt: *esse hanc controversiam mi-
 nis necessariam & plane intempesivam*, &c. quod aut de
 duobus illis Theologis Giesensibus intelligi potest,
 qui *Orthodoxam veritatem in Libro Christiana Concordie
 contentam de adæptione seu propinquitate substantiali carnis
 Christi apud omnes creaturas à primo conceptionis puncto, ac
 INDIVISÀ omnium creature seu actionum & operatio-
 num communicatione oppugnant*, aut de Nobis Würtem-
 bergicis, qui *Orthodoxam illam veritatem cum Antec-
 eessoribus nostris defendimus*. Si hoc de oppugnatione
 verita-

veritatis duorum illorum Giessensium Theologorum accipiunt, concedimus sanè, illam esse minùs necessariam & planè intempestivam, quam ob causam etiam in scriptis nostris eos reprehendimus: Sin verò de nostrâ veritatis Orthodoxæ defensione, motâ jam antiè à Dissidentibus hâc controversiâ, circa hæc duo & alia puncta id dicant, simpliciter id vel idèò pernegamus, quòd veritatis isthæc defensio, apud illos cum primis, qui ad hoc officij & juramenti ratione peculiariter sunt devincti, *semper necessaria, semper opportuna, nunquam intempestiva* sit, nisi quis afferere velit, *hoc tempore bonum & opportunum esse, Orthodoxam veritatem deserere, & eandem hostibus veritatis proderè, id quod nemo, opinamur, adstruet.* Christum prætereà, quâ homo est, per triginta quatuor ferme annos, actu etiam personæ à creaturis suis (quas tamen universas in manibus suis habebat) *absentem* facere, *operationes in naturas, sive divinam, sive humanam dividere, λόγος seu filium Dei omni modo & omni ratione, qua excogitari etiam possit, ab exinanitione, & consequenter APPROPRIATIONIS quoq; ratione, à passione & morte in redemptionis opere peragendo excludere, personam ipsam divellere, principia, quibus hæctenus contra Adversarios & hostes veritatis Calvinianos & Jesuitas masculè pugnatum est, enervare, aut saltèm suspecta efficere, res sanè minùs necessaria & planè intempestiva non est.* At verò D. Menzerus cum Hyperaspistis suis omnia hæc facit, uti *αὐτὸς ὅπου* ubique in nostris scriptis, cum primis in Informat. Fidei D. Osiandri per totam præfationem, in *Ταπεινωσις ἐξ Ὀσίου* à pag. 20. ad 44. & in Delineatione Collaterali seu concordia Concordi Neotericorum nonnullorum Theolog. cum veteribus & Novis Hæreticis demonstratum. Ergo.

C

Tertio

Tertiò desideramus, quòd Autores scripti hujus negant I. *Adiacentiam* seu propinquitatem carnis Christi ad creaturas toto tempore exinanitionis. II. *Idiomatam* seu appropriationem (in primo genere communicationis idiomatum Form. Concord. descriptam, & in Acropoli D. Scafferi p. m. fusè explicatam) divinam scilicet naturam in unitate personæ, ceu termino, omnia ea, quæ humanæ naturæ innoxia propria sunt, passiones scilicet & mortem verè & realiter sibi appropriasse; III. *μεγαλειαν* sive communicationem majestatis, & tandem IV. quòd contra expressum textum Form. Concordiæ toto humiliationis tempore indivisam omnium *ἐνεργειῶν* officialium *νεκρωτικῶν* negant. Singula, ne de illatâ injuriâ conqueri possint, probabimus.

I. *OMNIPRÆSENTIAM* carnis Christi ad creaturas indistantem toto humiliationis tempore, non quidem explicitè & literaliter, implicitè tamen & per necessariam negant consequentiam. I. Enim pag. 2. & 3. expresse inquirunt: *nullam esse presentiam, cujus non etiam pars aliqua essentialis sit divina efficax operatio, & per consequens, presentiam etiam universalem essentialiter esse non tantùm propinquitatem substantialem, sed & potentissimam omnium creaturarum gubernationem atq; conservationem: hanc ipsam a. creaturarum omnipræsentem & omnipotentem gubernationem Christo, quâ homo est, toto humiliationis tempore (quamvis absq; ullo solido Scripturæ fundamento) à pag. 35. ad 65. districtè, etiam a ctu personæ seu vi communicationis *ἐνεργειῶν*, denegant. Ex quo inevitabiliter sequitur, quòd & *ἀδιασπασίαν* seu indistantem omnipræsentiam & propinquitatem substantialem apud creaturas negent, eò quòd *ἀδιασπασία* seu adessentia apud creaturas & earundem omnium confer-*

conservatio ipsis ita essentialiter sint complexa, ut uno sublato, necessarium etiam alterum tollatur. 2. Omnipræsentia, seu usurpationis acceptæ majestatis omnipræsentia fundamentum proprium & adæquatum non assumptionem in infinitam Filij Dei hypostasim, naturarumque in infinitâ ὑπόστασις realissimam κοινωσίαν & profundissimam ponunt ἐπιχώρησιν, (utpote quam pro fundamento tantum, primo & fonte majestatis acceptæ habent) sed exaltationem & sessionem à dextris, resurrectionem insecutam, à pagin. 18. ad 30. Argumentum: Quicumque usurpationis acceptæ majestatis omnipræsentia causam propriam, συνεκτικὴν continentem & adæquatam, in exaltatione & sessione carnis Christi ad dextram Dei, quæ resurrectionem insecuta est, ponunt, illi non statuunt, quòd caro Christi ante resurrectionem vi assumptionis in infinitam ὑπόστασιν & unionis personalis in ἄνω, omnibus creaturis indistanter fuerit præsens. Atqui Autores hujus Decisionis unà cum Mentzero usurpationis acceptæ majestatis omnipræsentia causam propriam & adæquatam ponunt in exaltatione & sessione carnis Christi ad dextram Dei, resurrectionem insecutam. Ergo Autores hujus Decisionis non statuunt, quòd Christus, quia homo, per & propter unionem personalem tempore inanitionis omnibus suis creaturis propinquitate substantiali adfuerit. 3. Idem ex eo patet, quòd dictum Johannis 3. 13. (Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis, qui est in cælo) è B. August. tract. 27. in Johan. (quamvis ibi August. hæc mens non sit) contra claram expositionem Lutheri Tom. 3. Jen. Germ. pag. 354. de multipræsentia tantum interpretantur, quando ita: Ex quâ (in interpretatione Augustini) patet, nihil amplius ex verbis istis

his istis concludi posse, quàm quòd filius hominis in unitate persona, tunc, cùm Nicodemo presens esset in terrâ, simul in cœlo quoq; fuerit. Tandem 4. Authores Decisionis exertissimis verbis mentem suam produunt, quòd ne quidem credant, Christum juxta humanitatem suam in statu exinanitionis omnibus creaturis universaliter per ἀναγοίας seu indistantiam actu personali ADFUISSE, quando c. 2. pag. 22. ita: Presentiam Christi secundum carnem quod attinet, & quomodo de eâ loquendum, ita seres habet: Quòd Christus Θεὸς ὁμοιωθεὶς NUNC in statu exaltationis secundum utramq; naturam universaliter ADSIT omnibus creaturis, gratiosè autem omnibus piis in terrâ, & gloriosè omnibus Angelis & Electis in cœlo. Fundamentum & fons universalis omnipresens Christi secundum carnem exaltatam unio est duarum naturarum personalis: nisi enim Deus in carne se manifestasset, & πᾶν ἀνθρώπων τὸν θεόν & in ipso οὐρανὸν ἠσπασσέναι habitasset, utiq; nullâ prorsus ratione caro ista Filij Dei cœlum & terram presenter implere, & potenter regere potuisset. Quòd usurpationem verò plenariam accepta majestatis attinet, ejus fundamentum est exaltatio & sessio ad dextram Dei. Expressè enim scribit Apostolus, ideo Christum adscendisse ὑπερῶν πάντων τῶν ἐξουσιῶν, ut omnia impleret, Eph. 4. 10. Per hanc ergò sessionem ad dexteram Dei omnipresens & c. Utrùm hic Decisionis Autores ἀναγοίας seu propinquitatem carnis substantialem ad creaturas tempore humiliationis negent, nullâ conjecturâ opus, cùm exertè, quæ in pectore haestenus clausa habuerunt, his proponant verbis: Christum etiam juxta humanam naturam NUNC in statu exaltationis universaliter ADESSE omnibus creaturis, & c. Ex ipsorum ergò opinione sequitur, quòd Christus, quâ homo, in statu humiliationis omnibus creaturis ne quidem per indistantiam ADFUERIT. Argumentamur:
Theologi

Theologi Saxonici, sub quorum nomine Decisio hæc prodijt, aut omnipræsentiam indistātem seu generalem^{NB.} propinquitatem substantialem carnis Christi exinanitæ negant, aut eandem concedunt. Tertium non datur. Si negant, à seipsis dissentiunt; illam enim hætenus juxta nobiscum, multis & solidis fundamentis, & quidem *communi consilio* nuper demum in Brevis consideratione hujus controversiæ ad nos transmissa, asseruerunt. Si verò eam concedunt, tunc eam aut sine Scripturâ, aut cum Scripturâ admittunt. Si sine Scripturâ; tunc hætenus aliquid concesserunt, crediderunt, publicè & privatim docuerunt, quòd in Scriptura neq; secundùm literam legitur, neq; ex eadem per bonam consequentiam legitimè deduci potest. Ergo ex & cum Scripturâ eandem hætenus nobiscum concesserunt, crediderunt & docuerunt. Si autem ex Scriptura omnipræsentiam indistantem seu universalem propinquitatem substantialem carnis Christi exinanitæ crediderunt & propugnârunt, tunc propinquitatem illam substantialem seu omniadescentiam actualem indistantem, aut sine conjuncta operatione universali in regimine totius universi, aut cum universali operatione seu regimine totius universi carni Christi exinanitæ adscripserunt. Si prius; ex ipsorum sententia sequitur, *aliquam præsentiam seu propinquitatem substantialem in Scripturis vel secundùm literam, vel secundùm sensum esse, quæ cum actione Æternâ non sit complexa, seu quæ cum actione vel per actionem non describatur, quæ ratione totum primum caput Decisionis cadit, in quo asserunt, nullam & nullam præsentiam in tota Scriptura sacra absq;*^{NB.} *operatione describi. Sin posterius fecerunt. & carni Christi exinanitæ universalem propinquitatem substantialem apud omnes creaturas cū universali operatione seu regimine totius universi*

verbi Catholico (licet non absolute plenario) adscripserunt,
 tunc habemus id, quod volumus, & tota reliqua ipso-
 rum Decisio collabascit, quã volunt, Christum quã ho-
 minem tempore exinanitionis actu etiam personæ seu
 vi ^{veritas} ^{exinanitionis} nullo modo, quicumque vel cogitari
 vel nominari queat, omnibus creaturis dominatum,
 aut illas cum ^{Abg} *INDIVISE* in officio suo regio con-
 servasse & sustentasse. Eligant quodcunq; voluerint,
 elabi sanè nunquam poterunt.

II. Autores Decisionis *idomior* seu *APPROPRI-
 ATIONEM* in primo genere communicationis idioma-
 tum negant, quando non credunt, quòd *vi primi generis*
communicationis idiomatum, prout *id quidem in Form. Con-*
cordia describitur, divina natura sibi appropriaverit ea, quæ
 sunt humane nature, circumcisionem scil. passionem, mortem.
 Sic enim pag. 70. inquit: Sufficit nunc, constanter nos cre-
 dere, quòd Christus Jesus secundum SOLAM (NB. SOLAM) hu-
 manam naturam sese humiliarit, & non secundum divinam & c.
 pag. 71. idcirco palpabiliter apparet, Christum non juxta utram-
 que naturam, sed TANTUM juxta humanam sese humiliasse,
 Et paulò post pag. 72. nullã divinatione opus est, num Beatus
 Paulus Christo humiliationem TANTUM juxta humanam na-
 turam attribuat. Eadem pag. Sequitur proinde, secundum
 SOLAM humanitatem Christo humiliationem assignari. p. 73.
 Cujusmodi exinanitio & evacuatio juxta SOLAM humanam
 naturam, & non divinam Christo tribui potest. pag. 93. secun-
 dum divinam naturam NULLO PRORSUS MODO quicumq;
 etiam vel excogitari, vel nominari queat, sese exinanivit, & c.
 quemadmodum etiam juxta divinam naturam suam non est pas-
 sus, pag. 94. planè erroneum est statuere, quòd Christus totus
 secundum utramq; naturam se evacuavit. Item: planè erroneum
 est, quòd divinitas *ULLO MODO* vel ullã ratione se va-
 cuarit.

cuarit. p. 95. planè erroneum est dicere, quòd divinitas sit pas-
 sa. Filius quidem Dei passus est, & c. non verò secundum divi-
 nam, sed **TANTUM** juxta humanam naturam. pag. 96. Neg,
 persona divellitur, neque Nestoriano modo docetur, licet aliquid
 de totà quidem personà, non tamen secundum **UTRAMQUE**
NATURAM, sed secundum **UNAM TANTUM** dicatur, & c.
 Observandum hoc loco, si particulæ hæ, **SOLA, TAN-**
TUM, & c. Decisionibus **DISTINCTIVE** tantum essent,
 subiectum exinanitionis & passionis **Quo** indigitan-
 tes, & non alterius naturæ **SEPARATIVE**, non reclama-
 remus: Ipsimet enim cum alijs Orthodoxis hisce utimur;
 verum quia Decisores per illas semper alteram naturam
 à reali communiõne attributi, de tota persona enuncia-
 ti, excludunt, & communicationem quandam fictitiam
 atque Calvinianam naturæ ad personam (cum tamen
 omnis communicatio vera & sincerè Lutherana tan-
 tummodò sit **INTERNATURAS** in persona, tanquam in
 termino) non possumus non illas sensu hoc heterodoxo
 acceptas, seriò improbare, atque ita argumentari:
Quicumque ea, quæ in officio Sacerdotali exinanitionis & humi-
liationis sunt, & consequenter ipsam etiam exinanitionem & hu-
miliationem NULLO prorsus modo, quicumque etiam vel exco-
gitari vel nominari queat divina natura in Christo, sed SOLI
humana natura TANTUM non semel, sed vel vicies magnà cum
asseveratione & diverse sententiæ damnatione adscribunt, ij ali-
quam humanorum idiomatum ad divinam naturam in personà
*Christi **θεωδωρον** factam idiomaton vel appropriationem vi-*
primi generis communicationis idiomatum in Form. Concord. Edit. Lips.
pag. 770. descripti, sincerè credere nequeunt, quin potiùs illam
*omniò simpliciter & **εὐθέτως** negant. Atqui Autores hujus*
Decisionis exinanitionem & humiliationem nullo prorsus
 modo

NB.

modo; quicunq; etiam vel excogitari vel nominari queat, divina natura in Christo, sed SGLI humana natura TANTUM toties tantà cum asseveratione adscribunt. Ergo aliquam humanorum idiomatum ad divinam naturam in personâ Christi Θεοῦ ἑνώσεως factam ἰδιωματικὴν vel appropriationem vi primi generis communicationis idiomatum in Form. Concord. descripti, sincerè credere nequeunt, quin potius illam simpliciter omnino Ἐάντιμωσ negant.

III. Idem autores indirectè μετὰ δόσιν, Βελτίωσιν & Ἐρεβύ-
 ↓ωσιν negant, scilicet communicationem divinarum proprietatum humanæ naturæ in persona à primo conceptionis puncto realiter esse factam. Inter omnes piè Doctos constat, nonnulla idiomata ita esse comparata, ut quamvis aliud sit *majestas*, aliud realis *exertio* illius idiomatis, illa tamen actum secundum per naturam Dei, existentibus creaturis, suspendere nunquam queant; e. c. Deus non potest non actu secundo omnia scire; Deus non potest non res creatas, ex hypothesi, quamdiu nimirum in esse suo perdurant & subsistunt, regere, sustentare & gubernare; Deus non potest non vi immensitatis suæ, ex hypothesi, rebus scil. creatis existentibus, iisdem propinquitare substantiali adesse. Licet enim Deus præsentiam suam particularem modificatam, ut & potentiam quoad individuum esse in operibus particularibus subtrahere possit, & sæpè etiam creaturis subtrahat, non tamen, posità rerum creatarum existentia, indistantem suam adessentiam & omnipotentiam in universali creaturarum conservatione & gubernatione suspendere unquam potest. Vide ταπεινωσιν, ἐξ ὅλων pag. 154. 155. 156. Argumentamur: Quæ Ἐ qualia idiomata sunt in Ἀόγῳ, EADEM etiam numero Ἐ taliter comparata per μετὰ δόσιν, in primo statim conceptionis puncto factam, humana

natura sunt communicata. Non enim duplicia idiomata sunt in Deo, quorum quaedam essent potentialia solum & hypothetica, quaedam vero actualia & categorica; sed quia una unica est omnipotentia $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ & carnis assumpta, impossibile sane, ut una unica illa omnipotentia, in operibus Christi officialibus sit simul in uno & eodem producendo effectu, conservatione scilicet & regimine universi potentialis & actualis, hypothetica & categorica, agat & non agat, sed quiescat. Atqui idiomata nonnulla in $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ ita sunt comparata, ut existentibus creaturis actum secundum non suspendant, imò ex hypothese quoad universalem uadiregimè, ne quidem suspendere possint. Ergo eadem has idiomata per $\mu\epsilon\tau\alpha\ \Delta\omicron\gamma\varsigma$ realem carni assumpta propria facta, omnipresentia scilicet, omnipotentia, omnisapientia, &c. nequaquam talia sunt, quae actum secundum in omnipresente, omnipotente & omnisapiente regimine totius universi à primo cōfessum assumptionis, univis & communicationis momento non exerant. Uterius: Quicumque humana natura in persona Christi à primo puncto conceptionis usque ad punctum resurrectionis seu potius visitabilis ad caelos ascensionis, talem per $\mu\epsilon\tau\alpha\ \Delta\omicron\gamma\varsigma$ asserit communicatam, omnipresentiam, quae $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ quidem omnibus creaturis indistincter adsit, Christum verò quae homo toto illo tempore ipsidem, quibus $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ adsit, indistincter non adsit, sed ab ipsidem revera absit; talem omnisapientiam, quae $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ quidem omnes suas creaturas actu sciat, caro verò easdem creaturas $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ cognitas non sciat, sed revera ignoret; talem item omnipotentiam, quae $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ quidem in regimine totius universi curata sustentet & conservet, caro verò easdem creaturas à $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ sustentatas non etiam una conservet sed quiescat, ille aut idiomata in $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ duplicata, aut toto illo tempore veram & realem $\mu\epsilon\tau\alpha\ \Delta\omicron\gamma\varsigma$ omnium divinarum $\alpha\omega\chi\eta\mu\acute{\alpha}\tau\omega\nu$ communicationem à primo conceptionis puncto factam, indirectè quidem, verè tamen negat. Ratio quia cum talia idiomata in $\Delta\omicron\gamma\varsigma$ non sint, neque talia,

nisi per *διόμιαν* (que tamen etiam Autoribus hujus Decisionis
 dubio procul absurda & impia est) humana nature per permittas
 communicari potuerunt. Atqui Decisores humana nature in
 persona Christi à primo conceptionis purè usq; ad resurrectionem
 seu potius visibilè ad calos ad censionem, talem per *πελά-
 δον* afferunt communicatam omnipresentiam, per quam Chri-
 stus quàm homo, toto illo tempore omnibus suis creaturis propin-
 quitate substantiali, indivisè unà cum *Δόξω* non adfuerit, sed
 ab usdem abfuerit; talem omniscientiam, per quam cum *Δόξω*
 indivisè rem omnia sciverit, sed omnia fere, revera ignorà-
 verit, talem omnipotentiam, per quam cum *Δόξω* non omnia
 operetur & regat, sed que quieverit & otiosa fuerit; vid. cap. 3.
 & 4. Decis. per totum. Ergo Decisores aut idiomata divina
 duplicant, aut veram idiomatum divinarum à primo conce-
 ptionis momento per communicationem realiter factam, in di-
 rectè quidem verè tamè negant *ὄνεγ ἔδει Διόμιαν*.

IV. Autores Decisionis indivisam queq; omnium
 ἐνεργειῶν seu operationum officialium non vultis negant.
 Nam cap. 3 & 4. expressè docent, quòd *Δόξω* quidem
 per totum statum exinanitionis cælum & terram uni-
 versaliter gubernaverit, homo verò *Δόξω* huic persona-
 liter unicus ad illam operationem, h. e. totius universi
 conservationem & gubernationem non concurrerit,
 sed eo tempore præcisè quoad hanc universalem mun-
 di administrationem (sicèt hæc ipsa idiomata, mundum
 efficaciter administrantia, & non alia realissimè sibi cõ-
 municata habuerit) otiosus fuerit & quieverit, adeoque
 illa gubernatione universi sese evacuaverit. Videbimus
 è duobus illis capitibus exempli gratia locum unum aut
 alterum. Cap. 3. pag. 53. scribunt, *σὺ μὲν ἔβου βίβου ἡμεῖς (Io-
 han. 5. 17. Pater meus inque hic operatur, & ego operor. & c.)
 ἡ δὲ συνέστασις, incessante, & plenaria gubernatione omnium.*

creaturarum intelligatur, manifestum tamen & in mensa solis ex-
 positum est, quod nihilominus plenaria & universalis hæc ope-
 ratio **TANTUM** juxta divinam naturam Christo in statu exinan-
 tionis assignari debeat. Nam secundum hanc **SOLAM** cum Pa-
 tre suo cœlesti filius semper omnia potenter rexerat & gubernavit.
Pag. 54. Manifeste apparet, &c. (in hoc dicto Joh. 5. 17.) de
 sua **TANTUM** testari Christum vera divinitate, eamq; hoc fun-
 damento demonstrare, &c. **Pag. 91.** Restat igitur & sequitur
 irrefutabiliter, Christum duntaxat exinanitum esse quoad plenari-
 um usum majestatis divine, eumq; suspendisse ac distulisse, donec
 depositâ servi formâ & consummatâ suâ passione in gloriam suam
 intravit, ubi demum realiter cœlum & terram secundum u-
 tramque naturam, regere & gubernare cepit, regimenque istud
 incessanter apud omnes creaturas continuare pergit. **Pagin. 93.**
 Notetur autem & istud hic diligenter, etsi Christus juxta carnem
 ab usurpatione universalis majestatis suæ abstinuit, eundem tamen
 secundum divinam naturam omnia in cœlo & in terra potenter
 rexerat, & cum Patre atque Spiritu Sancto omnes creaturas guber-
 nâsse. **Pag. 95.** Penitus erroneum est, quod Christus non obsta-
 te liberrima $\kappa\omega\sigma\tau\epsilon\iota$ vel evacuatione, in ipsa nihilominus morte
 cœlum & terram secundum humanam quoq; naturam cœnipresen-
 ter rexerat. **Pag. 69.** Prorsus erroneum est si statuitur, nisi regi-
 men universale in statu exinanitionis secundum humanam naturam
 concedatur, Nestorianam inde sequi personæ Christi divulsionem. Ne-
 que enim persona divellitur, vel modo Nestoriano docetur, licet ali-
 quid de tota quidem personâ, non tamen secundum utramq; naturam,
 sed secundum **UNAM TANTUM** dicatur. Et **Pag. 98.** Erro-
 neum totum est, quod Christus in statu humiliationis nihil secun-
 dum divinitatem suam egerit, quod non simul quoque secundum hu-
 manitatem ab ipso factum sit. Hinc argumentamur: Quicumque
 $\tau\omega$ $\Lambda\theta\eta$ q; toto humiliationis tempore universalem totius mundi con-

servationem ita aſcribit, ut humanam naturam aſſumptā, ad eandem nullo modo concurrere ſtatuat, iſ hoc ipſo negat, quòd in omnibus officiis tum Regis tum Sacerdotalis & Prophetici a poteſtate ſua perficiendis, utraq; natura agat, quòd unius cuiusq; proprium, cum communicatione alterius, (uti Form. Concord. ſecundum genus communicat. idiomat. deſcribit) & dum officiū huius regis operationem, gubernationem ſcil. univerſi, uni tantum natura, divina nimirum excluſa humanā adſignat, perſonam ipſam dividit, eò quòd (iuxta ſecundum genus communicationis idiomatum in Form. Concord. deſcriptum) ad omnem operationem officialem in perſona utriuſq; natura concurſu requiratur. Atqui Autores hi univerſalem mundi gubernationē toto humiliationis tempore divina natura ita deſcribunt, ut humanam naturā ad illam nullo modo concurrere ſentiant. Ergo hoc ipſo, negant, quòd in omnibus officiis etiam regis a poteſtate ſua producendis ſemper utraq; natura agat, quòd unius cuiusq; proprium, cum communicatione alterius, atque conſequenter, dum ipſam indiviſam omnium creaturarum reſervationem negant, ipſam perſonam more & modo Neſtoriano dividunt; id quòd erat deſignandum.

Sed dum hæc, quæ hæcenus enumerata ſunt, negantur, quòd videlicet caro in Deum *ὁ λόγος* omnipreſentem perſonaliter & totaliter aſſumpta toto tempore humiliationis omnibus creaturis per indistantiam propinquitate ſubſtantiali non adfuerit; quòd item *ὁ λόγος* ſive divina natura ſibi per veram & realem *ἰδιωματικῶς* non ita appropriaverit ea, quæ ſunt humana natura, ut de ea etiam verè enunciari queant; quòd item non in omnibus officiis operibus producendis toto tempore humiliationis ſemper utraque natura egerit, quòd uniuscuiusque proprium, cum communicatione alterius, ſed una natura abſque alterius communicatione & concurſu, &c.

sus, &c. Hæc inquam dum in hoc scripto, quod sub no-
 mine Theologorum Saxoniorum prodit, ab uno aut
 altero negantur, infallibiliter hoc ipso receditur. I. à cla-
 rissimo Dei verbo, Ioh 3. 13. Nemo ascendit in cælum, nisi qui
 de cælo descendit, Filius hominis qui in cælo est. cap. 5. v. 17.
 Pater meus usque huc operatur & ego operor. cap. 2. v. 25. Non
 opus habebat (Iesus) ut quis testaretur de homine, ipse enim ex
 uoxe cognoscebat, quid esset in homine. c. 16. 30. NUNC scimus
 quod novisti OMNIA, &c. Vide TATEWARTZ pag. 350.
 351. 374. 486. ad 508. pag. 548. & aliquot seqq. p. 626.
 & aliquot seqq. &c. II. A Formula Concordiæ piâ anti-
 quitate B. Lutero, Bientio, &c. quorum testimonia vide
 supra modo in 2. & 3. pag. citata. III. A Veteribus Theo-
 logis Württembergicis, eorundemque symbolica Confessioni-
 bus. Sic enim ante annos quindecim hoc ipso de Negotio
 contra Calvinistas Haydelbergenses in continuat. Exa-
 minis communi nomine pag. 223. illi scripserunt (id
 quod hæcenus à nemine improbatum, sed potius
 egregiè commendatum, & Witteberge in Brevi consi-
 deratione, Lutherana & Calviniana doctrina, per
 Da. M. Nicolaum Möringium conscriptâ, apud An-
 dream Rudingarum typis denum recusum fuit) Man be-
 gehrt (ex parte Calvinianorum) redliche Deutsche Ant-
 wort/ Ob dieser angenommene Mensch Actu primo oder
 secundo. Das ist / allein so viel das Vermögen Allent-
 halben zu sein / Oder wie redliche Deutschen zu reden pfle-
 gen / in der that vund warheit / vom ersten augenblick
 der Persönlichen Vereinigung allenthalben gewesen /
 Darauf antworten wir mit runden vnd Deutschen Wor-
 ten: Daz dieser angenommene Mensch / weld er nicht für
 sich selbst / Sondern in dem Sohn Gottes Persönlich
 D iij.

ist vnd bestehet/ Dann er auch nicht stückweise / sondern seiner ganzen allenthalben gegenwertigen Person vnzerrenlich vereiniget/ in *Ihme acta personali*. Das ist / in Persönlicher Vereinigung neben räumlicher *Conuersation* vnd Wohnung vnter vns Menschen/ *modo illocali & diuino*. auff vnräumliche Göttliche weiß vom ersten augenblich Persönlicher Vereinigung seye allenthalben gewesen. Item. Im Sieg vnd Triumph *contra eosdem Heidelbergenses de eodem puncto An. 614. pag. 675. hanc clarissimam ediderunt confessionem.* Auß welchem allem zu vernemen/ daß wir (in *Itaca scilicet Exinanitionis*) krafft der Persönlichen Vereinigung beyder Naturen in Christo / welche weder zeit noch Orts halben / nimmer gescheiden noch getrennet werden mögen/ die Allgegenwart/ deren in dem allgegenwertigen Sohn Gottes Persönlich angenommenen Menschheit/ nicht gelaugnet haben/ noch ohne Nestorische Zertrennung der Person Christi nimmer mehr laugnen können. Dann wo man sagen kan/ Nie ist Christus Gott/ so muß man auch sagen vnd bekennen/ so ist Christus Mensch auch da / oder die Persönliche Einigkeit ist zertrennet. Et ad marginem horum verborum: Die Würtembergische Theologen/ haben die Allgegenwart deren in dem Sohn Gottes angenommenen Menschheit / auch in dem Stande der Ernidrigung niemahlen gelaugnet. Vide iustam Defensionem D. Lucae Osiandri in praefat. per. toc. iv. *A veteribus Theologis Saxonis*. Sufficiat unicuique D. D. HVTTERUS p. m. qui instar omnium esse potest. Is in exegesi sua super Formulam Concordiae pagin. 847. de puncto Universalis aduentus Christi

Christi apud omnes creaturas tempore exinanitionis
 ita clarissimè loquitur: *Hiscæ generalibus ita explicatis, al-*
trò liquet, quid petissimùm NOSTRIS Ecclesijs cum QUI-
BUSDAM THEOLOGIS hodie in controversiam veni-
at? Nimirum, num dõy & assumpta humana sua Natura in
unione & per unionem personalem, uti reliqua divinitate sua
ididmã, sic hanc quoque majestatem verè ac realiter commu-
nica verit, ut ea in hac cõsuetu Filij Dei JAM INDE
 A PRIMO CONCEPTIONIS MOMENTO omnibus
 creaturis præsentissimè ADFUERIT, &c. Ad hunc
 à se formatum controversiæ statum ipse D. D. Hutte-
 rus pag. 848. ita respondet. *Hujus quæstionis affirmativam*
nos PER OMNIA SIMPLICITER TENEMUS ac
defendimus, &c. postmodùm etiam in aliquot sequenti-
bus paginis invictis argumentis & quidem iisdem, qui-
bis nos uti solemus, hanc sententiam evidentissimè
probat & demonstrat. v. A Modernis, per Dei gratiam ad-
huc dum viventibus, & magnâ laude in Academijs docentibus
Reverendus Theologus Saxonica, qui modò ante tres annos cõ-
muni consilio brevem hujus controversiæ considerationem ad
nos miserunt, in quâ generalem præsentiam sive ad idã, ann-
 propinquitatem substantialem carnis Christi à primo
 puncto conceptionis per totum statum Exinanitionis
 non tantùm approbant, sed & argumentis confirmant
 solidissimis. Illius Brevis Considerationis Caput terti-
 um, quod de præsentia materiã agit, totum hic inserere
 placuit, quia publicis Typis non exscriptum, & tamen
 dignissimum est, ut Lectori communicetur. Sic
 autem Quæstionem tertiam ibi
 informant.:

N. 1118

Num Christus secundum carnem in Statu Exinanitionis Omnipraesens fuerit ?

Ad hoc Quaesitum ibidem prolixè respondent in hanc sententiam: Ex antè dictis Questio hac solvi potest facile. Si enim presentia sumatur partialiter pro nudà Indistantia, quæ fuit ex Unione personali, & infinita *ὑποστάσεως* communionem, ceu principio adequato, tum utique negari nequit, carnem Christi etiam in Statu Exinanitionis fuisse creaturis presentem, vel à nulla creaturarum distantem, ob infinita & omnia comprehendenti *ὑποστάσεως* participationem realei. Sin verò presentia sumitur completè juxta acceptionem sensumq; Biblicum pro indistantia cum potenti & plenariâ gubernatione conjunctâ, quæ ipsa gubernatio Exaltationem & sessionem Christi ad dextram Patris ceu causam presupponit, tunc quis astimare potest, quòd caro Christi in Statu Exinanitionis creaturis omnibus non fuerit omnipraesens, quia nondum plenariè gubernabat, aliàs sequeretur carnem in Statu Exinanitionis fuisse in Statu Exaltationis, quòd *ὁμοκατὰ*. Si in hac declaratione acquiescerent Theologi Tubingenses & Giessenses, nihil controversiæ superesset amplius. Negari tamen nequit, quòd in hoc isti Themate dissentiant vel maxime. Giessenses enim in defectu, Tubingenses in excessu delinquere videntur. Illi humane Christi uatura in Statu Exinanitionis justo minus tribuunt, si ei omnem presentiam, licet maxime pro sola adessentiâ sumatur, denegant. Hi justo plus tribuunt, quia eam non modo indistanter adfuisse, sed etiam omnia potenter gubernasse, modo tamen occulto, statuunt. De utraque igitur distinctè & succinctè agam.

I. Num Christus secundum carnem in Statu Exinanitionis per indistantiam adfuerit omnibus creaturis, licet plenariè eas non gubernarit ? Vix adducor ut credam Giessenses negativè hic respondere. Quare ante omnia mentem suam aperte adhuc declarare, & quid de hoc problemate sentiant, pronunciare debent. De vocabulo presentie non multum ligitabo. Hoc in quaestione versatur, An caro Christi propter infinita hypostaseos participationem à primo unionis momento semper, adeoq; in Statu Exinanitionis apud omnes creaturas indistanter extiterit, sicut à nulla illarum substantialiter remota vel distans fuerit ?

Uno verbo: An caro Christi substantialiter propinqua semper fuerit omnibus creaturis? Si ad hoc ἤτιμα dicatur, presentiam divinam generalem sensu Biblico acceptam non esse solam adessentiam, sed unâ plenum dominium, quo cum caruerit caro Christi in Exinanitione, hinc eam complete & per divinam presentiam illo tempore creaturis non fuisse presentem: mox regeram, quod hoc non sit sufficiens responsum, sed potius declaratio responsi. Si dicant, carnem Christi exinanitam ob defectum plenarij dominij, creaturæ non fuisse complete presentem, hoc tamen adhuc queritur: An illis partialiter presens fuerit per indistantiam, vel si terminus presentie displicet, quoniam in scripturis pro solâ adessentiâ non sumitur, quaestionem ita informo: An caro Christi revera & quoad substantiam suam in ipsâ etiam Exinanitione creaturis propinqua fuerit? Hic respondendum est dilucide, ut quæ Dominorum Giessensium mens sit, penitus cognoscamus. Si negaverint propinquitatem substantialem carnis exinanite, fateor me ab illis modeste dissentire, & affirmativam mihi multò probabiliorem videri.

1. Ob infinite hypostaseos communionem. Quibus enim infinita hypostasis propinqua est, illis etiam propinquum est illud, quod in illa infinita ὑπόστασις subsistit. Atqui infinita λόγος ὑπόστασις propinqua est omnibus creaturæ.

Ergo illis etiam caro Christi propinqua est, quippe quæ in illa infinita ὑπόστασις subsistit. Aliàs sequeretur hoc absurdum, ὑπόστασις vel subsistentiam esse propinquam, non tamen ipsam subsistens.

2. Ob unionem & ἑνωσιν personalem. Quæcunque sic unita sunt, ut unum permearit alterum, ut hoc in illo, illud in hoc sit, eorum uno posito & coexistente statim ponitur & coexistit alterum, quia alterum in altero & cum altero semper est & existit.

Atqui λόγος & caro sic unita sunt, ut λόγος permearit totam carnem, ita qui dicitur ut λόγος sit in carne, & caro sit in λόγω, ut λόγος sit incarnatus & caro Deificata. Quare posito λόγος & coexistente apud creaturas necessariò unâ ponitur & coexistit apud creaturas assumpta caro, & nisi hoc statuatur, ipsa unio & ἑνωσις personalis tollitur. Declarari hæc possunt exemplo anime & corporis, ferri & ignis, inter quæ datur etiam quedam pervasio mutua. Nam sicut impossibile est ob factam illam ἑνωσιν ut alicubi apud res alias sit ferrum ignitum, ubi non sit ignis, & contra ut

alicubi

alicubi apud res alias sit corpus animarum, ubi non propinqua sit unâ anima, sed quamprimum unum vel concipitur tantum ubi non sit alterum simul ex aquo propinquum statim cessat unicus & πρὸς ἄλλο; sic impossibile est, ut alicubi apud res & substantias alias propinquus sit ὁ ὅλος, ubi non unâ propinqua sit caro ὡς ὁλόκληρος & contr. &c.

3. Ob unius ὁμοειδέως constitutionem mutuam Ubi propinquus est ὁμοειδὲς, ibi & propinquo sunt ipsius ὁμοειδέως partes, vel omne id quod in ipso ὁμοειδὲς subsistit, quæ Major certissima est, & in veris recta rationis principis fundata, quoniam partes per se & immediate non existunt, sed mediante toto, cujus partes sunt, ideoque impossibile est, ut alicubi sit totum, ubi non unâ sint singule partes tum essentielles, tum integrales.

Atqui Christus, ὁμοειδὲς, est illud compositum, etiam in Exinanitione propinquus suis creaturis.

Ergo & partes ipsius ὁμοειδέως, atque sic etiam ipsa Christi caro, quoniam hæc non sola & per se, sed in ὁμοειδὲς subsistit, ejusque pars facta est, us proinde sit ἀδιόρατος, ὁμοειδὲς, est propinquus esse, nec tamen unâ carnem assumptam. Si excipitur, totus Christus fuit omnipræsens, sed non totum Christi, respondetur, habet quidem locum ista distinctio, quando de naturarum proprietatibus propriis, actionibus aptur, ut totus Christus circumcisus, passus, mortuus est, sed non totum Christi, quia illa Christo competunt tantum secundum humanam naturam, non simul secundum divinam. Verum quando loquimur de presentia, de propinquitate, ibi distinctio illa locum penitus nullum obtinet, ibi tenenda est regula constantissime: A presentia totius ad presentiam partium firma est consequentia: Ubi propinquum statuitur totum, & necessario pouenda ac propinquo statuen de sunt singule partes, quoniam hæc non per se, sed in toto subsistunt adeoque cum toto semper sunt, ubicunque illud est. Si ergo Christus totus creaturis est propinquus, sequitur, quod etiam totum Christi sit eisdem propinquum, quia partes sunt, ubi totum est, e. c. rectè dico, quod totus homo vulneretur, sed non totum hominis, quia anima non est capax vulnerationis. Si autem velles asserere, totus homo huic vel illi propinquus est, sed non totum hominis, non anima, tum falsum diceres, quia ratione presentia non licet distinguere inter totum & totius partes, sed hæc quia sunt in illo & cum illo, propterea toto posito apud res alias, necessario etiam ponuntur unâ apud

illud.

illas singule partes. impossibile ergo est, ut totus Christus seu totum
 ὁ Θεὸς ὁ υἱὸς possit propinquum dici creaturis, si solus ἈόϋⓄ, non
 una caro vs substantialiter propinqua statuatur.

4. Ob nostras hypotheses, quas hactenus unanimiter contra
 Calvinianos ursumus. Duae illarum in memoriam revoco, prior,
 quod ἈόϋⓄ non sit extra carnem, et iam ratione creaturarum.
 Hinc ita semper argumentati sumus: Si ἈόϋⓄ propinquus esset
 creaturis nec tamen una caro, tum ἈόϋⓄ esset extra carnem adeo-
 que ἄσῶνⓄ, nec incarnatus. Excipiant Calviniani, ἈόϋⓄ nun-
 quam esse extra carnem ratione sui, quia eam presentissime sibi
 semper habet, esse tamen extra carnem respectu ad creaturas, qui-
 bus ἈόϋⓄ sit propinquus ob suam immensitatem, non autem caro sit
 propinqua ob suam finitudinem. Hic nostri constanter regerunt,
 quocumque sensu & respectu ἈόϋⓄ dicatur extra carnem, eodem
 sensu & respectu ἈόϋⓄ non esse ἐσαῶνⓄ vel incarnatum. Hac re-
 sponso si tollitur, nostra hypothesis infringitur, ideoq; Calviniani sul-
 crum subvertitur, si substantialis propinquitas carnis exinanite
 apud creaturas negatur. Nam Calviniani presentiam carnis ad
 ἈόϋⓄ non inficiatur, sed tantum propinquitatem carnis apud
 creaturas, & dicunt, ἈόϋⓄ sic esse intra carnem, ut etiam sit extra
 carnem, non respectu ipsius carnis, sed respectu creaturarum, qui-
 bus caro propinqua non est cum ἈόϋⓄ. Ex hac opinione Calvinia-
 na sequi rupturam unionis & duplicari ἈόϋⓄ, nostri hactenus con-
 stantissime asseruerunt. Sed nunc illis videtur esugium paratum,
 quia in Exinanitione dicitur caro non propinqua fuisse creaturis,
 licet propinquus esset ἈόϋⓄ, nec tamen tolli unionem, nec gemina-
 ri ἈόϋⓄ. Atque hoc est illud ipsum EXTRA Calvinisticum, pro
 quo illi dimicant, cui se hactenus nostri opposuerunt. Si enim datur
 tempus, quo ἈόϋⓄ est propinquus creaturis, nec tamen illi propin-
 qua est caro Christi, sequitur dari tempus, quo ἈόϋⓄ sic est in car-
 ne, ut etiam sit extra carnem, nimirum respectu propinquitatis
 istius, secundum quam ἈόϋⓄ solus sine carnis propinquitate crea-
 turis quibusdam propinquus dicitur. Uno igitur ictu caderent
 omnia nostra argumenta hactenus posita, & suspecta fieret tota do-
 ctrina. Posterior nostra hypothesis sic habet: Quod dicta Scripture,
 de tota persona Christi propinqua vel presente loquentia, non sint re-

stringenda ad solam Divinitatem, Quia quando de propinquitatē totius sermo fit, semper valet consequentia ad propinquitatem singularum partium. E. C. Matth. 28. 20 dicitur, Ego sum vobiscum usque ad consummationem seculi. Quod dictum cum de tota persona, de *ὁ Θεὸς ὁ υἱὸς* & integro loquatur, nos inde inter alia substantialē propinquitatem carnis Christi etiam deducimus. Calviniani regerunt: dictum loqui de personā sed secundum Divinitatem, totum Christum esse presentem, sed non totum Christi. Nos respondemus illis, quod ita unio personalis tollatur & Natura separentur. Quamquam enim multa de Christo dicuntur secundum alterutram naturam, quoad presentiam tamen & propinquitatem esse rem longē aliam, siquidem ubi totum propinquum est, ibi esse & partes propinquas, ideoq; dicta de propinquitate Christi totius agentia non debere restringi ad solam Divinitatem. Hęc hypothesis & responsio nostra prorsus infirmatur, si in Exinanitione Christus solā Divinitate non autem unā carne statuatur propinquus fuisse creaturis. Nam si tota persona in Exinanitione potuit adesse, sic tamen, ut caro substantialiter hanc fuerit propinqua, sequitur, quod a presentia totius ad presentiam partium, non semper liceat argumentari, quod alicubi possit esse totus Christus, ubi tamen non sit propinqua caro quod dicta Scriptura de presentia & propinquitate persona loquentia sine absurditate restringi possint ad solam *λογὸς* Divinitatem, quę omnia de Scholā & pharetrā Calvinianorum sunt desumpta.

5. Ob dictum Joh. 3. v. 13. Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo. Hic de filio hominis, vel Christo a natura humana denominato dicitur, quod tum quum loqueretur in terris, adeoq; in Statu esset Exinanitionis, unā sit vel existat in cælo: quę verba si de solā possessione cælestis Majestatis intelligantur, uti videtur exponere Chemnitius in Harmoniā cap. 28. p. 158. probari sufficienter haud poterit isthęc expositio, & repugnare videtur vocum proprietas, quod esse in cælo sit idem ac communicatam habere cælestem Majestatem: Contextus insuper huius obscure innuit per cælum intelligi sublimius aliquod *ἔθ.*, de quo descendit filius hominis per humiliationem, in quod ascensit per corporis sui a terris translationem, in quo ipso etiam cum esse vel existere dicebatur. Sin verò illam in cælo existentiam vel propinquitatem substantialē restringas ad solam Divinitatem
Christi

Decisione 4. Quæst. Theolog 35

Christi, tum 1. petitur principium. 2. nulla est restrictionis necessitas 3. aliud contextus innuit, in quo de filio hominis adeoq; de toto Christo sermo fit. 4. repugnatur regula Theologorum. Quod dicta Scriptura de Christi presentia vel propinquitate loquentia, sint intelligenda secundum utramque naturam. 5. contradicit patribus, qui verba isthæc etiam de existentia carnis exinanita in cælo exponunt, ut Augustinus lib. 1. de precum meritis & remiss. cap. 31. tract. 12. 27. 31. in Johan. serm. 14. de verbis Apostoli. Cyrillus l. 12. thesaur. cap. 15. quorum verba citat D. D. V Winckelmannus Thes. 1. Disput. Gießens. p. 56. & 59. & c. Tandem 6. contradicit nostris Theologis, qui hoc dictum communiter ad probandam totius Christi in cælis existentiam vel propinquitatem substantialem etiam tempore Exinanitionis adducere solent. Videatur D. Humm. in c. 3. Joh. sol. 67. D. V Winckelm. Disp. 12. Thes. 1. Disp. Gieß. & ipse D. Mentzerus in Respons. contra Martin. p. 667. Hinc igitur infero. si caro Christi exinanita à creaturis quoad propinquitatem plane removeatur, tunc amplius sua non constabit veritas dicto Salvatoris, Filius hominis est in cælo, & c. Fateor quidem, quod hæc verba de cælesti gloria xpi et possint exponi, sed quod tantum de illa, nec una de propinquitate substantiali in cælo debeant intelligi, firmiter haud potest probari, & contradicunt nostris Theologis, & c.

6. Ob autoritatem librorum Symbolicorum Beati Lutheri & aliorum Doctorum Vid. F. C. Artic. 8. pagina 784 sequentib. in qua introducuntur hæc Lutheri verba: Ubicumque recte dixeris, hic est DEUS. ibi fateri oportet & dicere, Ergo etiam Christus homo adest. Et si locum aliquem monstrares, in quo solus Deus non autem homo esset, jam statim persona divideretur. Possent enim tum recte dicere, hic est Deus ille, qui non est homo, & qui adhuc non homo factus est. Rursus p. 785. Quocumque locorum Deum collocaveris, eò etiam humanitatem Christi una collocare te oportebit. Non enim due nature in Christo separari aut dividi possunt. Exhibisce quidem rationibus sufficienter probari posse autumo, quod caro Christi etiam exinanita cunctis creaturis personaliter propinqua fuerit, in quo reor me consentientes D. D. Theologos Gießens. habiturum, qui tamen amice rogari possunt, ut suam de hoc Themate mentem plenius & planius explicare haud graventur. Hactenus D. D. Saxonici in brevi consideratione.

E 3

Quibus

Quibus sanè verbis, uti cuius ad oculum patet, communi consilio & voto indistantem omnipresenciam carnis Christi exinanitæ in visâ certè demonstrant. Vivunt etiamnum per Dei gratiam omnes illi Theologi, qui hanc considerationem mente Septembri An. 1621 transmiserunt, & tamen per hanc Decisionem ab ipsis nunc vivis & videntibus disceditur. Sic & D. D. Meisnerus, Theologiæ Professor Wittenbergæ, amicus & frater noster in Christo dilectissimus, qui dubio procul inter hujusmodi Saxoniarum Theologos est, quoad punctum *omnipresencie indistantis*, in Meditationibus suis sacris in Evangel. Dominic. pag. 496. modò ante quatuor annos scripsit: *Quadã de Christo dicuntur secundum utramque naturã, ut filius hominis loquens in terrã simul est in celo, quod de humanitate non minus verum est, quàm de divinitate propter unionem personalem* Hec enim facit ut caro cum *λόγῳ* & in *λόγῳ* etiam in statu Exinanitionis omnibus creaturis adfuerit nullibi exclusa, sic omnipresens fuit, quoad indistantiam. &c. In *ἑρμηνείᾳ* asserit, Ex unione personali necessariò tanquam effectum indivisam omnium *ἐκλογικῶν* officialium *ἰσχωρίαν* fluere. In Philof. Sobr. pag. 1. edit. Giesl. de An. 611. pag. 303 idem in quo sive appropriationem nobiscum sincerè agnoscat, quando ibi primum genus communicationis Idiomaticum, secundum tenorem Formulæ Concordiæ ita detoribit. *Primum* (Genus communicationis Idiomaticum) *ἰδιωματικῆς* à principaliori parte nominatur, cum propria alterius Naturæ de persona tota, & imprimis, quando humana de *λόγῳ* predicatur, qui ista sibi appropriavit. &c. Hæc sincerè ipsū scripsisse & etiamnum constanter nobiscum credere una cum multis alijs Saxoniarum Theologis celeberrimis, nos nulli dubitamus. Licentiam itaq;

Autho-

Authorum hujus Decisionis, in qua saltem, uti supra probatū, per inevitabilem consequentiam hæc puncta omnia negantur, mirari facis non possumus: In spera erigimur certam, illos suâ confessione & pleniore declaratione Ecclesiæ & nobis, suo tempore, non de futuros. Tandem VI. Per abnegata illa quatuor capita superiùs posita, multa absurda plenis velis in Ecclesiâ Dei introducuntur, de quibus vide *Tawentwog*, pag. 21, 22, 23, 24, & 25, prolixè differentem.

Quartò desideramus, quòd verus & legitimus Controversiæ status formè ubiq; nõ satis ritè formatus sit. Vi debimus breviter singula Decisionis capita. Quoad primum caput, quod est de *Definitivè accuratâ* (non de *descriptione qualicunq;*) præsentia Dei ad Creaturas indistinctis, pag. 2 Decisionis dicitur, *proprie quæri de præsentia Modificatæ, an nõ ad illius, quâ talis est, de finitione accuratam semper stylo Biblico, divina efficax operatio seu pars essentialis necessariò requiratur?* Quod ipsū postmodum sæpiùs repetitur, ut pag. 3. (Deus) *secundum universos & singulos præsentia Modis cum operatione adest.* Ibid. *Modificata præsentia, nequaquã ab operatione separatur.* Et mox: *Modificata Dei præsentia, stylo Biblico descripta, sine certa operatione ne quidẽ concipi, neãum completè definiri potest.* Et sic etiam satis lubricè formavit statum D. Mentzer: in suâ Antostandeinâ Theol. 14. quando ait: *De præsentia Modificatâ esse omnem nostram disputationem.* At non est ita: de præsentia nos nunquam disputavimus, quã modificata est per modũ externum operationis, sive universali, sive speciali, an videlicet ad illam, quatenus modificata est, etiã operatio definitivè pertineat: definivimus enim ipsimet hætenus gratiosam, miraculosam, gloriosam, &c. præsentia, quòd illa vel sit ipsa operatio specialis

cialis Dei presentis, vel propinquitatis substantialis
 indistans universalis operosa, seu quoad speciale ali-
 quod objectum operatione vestita; & sic etiam de uni-
 versali seu generali presentia, quatenus illa per & pro-
 pter modum externum, universalem scilicet ipsi con-
 junctam operationem ita dicitur, idem concedere pos-
 sumus; Disputatum autem hactenus semper est de præ-
 sentia Dei generali seu universali *absolutâ & simplici*, hoc
 est, illâ, quæ talis dicitur non propter externum mo-
 dum universalis conjunctæ operationis; sed propter in-
 ternum modum, quatenus videlicet Deus essentia suæ
 immensitate universaliter seu generaliter apud omnes
 omnino creaturas existit, & totus est *intra easdē, nō in-
 clusus; & totus extra easdē non exclusus*. De hac præsentia
 generali *absolutâ & simplici*, quæ est universalis essentia
 divinæ apud omnes omnino creaturas *ad. d. c. c. l. c. c. p. a. s. s. a.*
 indistans a essentia & existentia, sæper hoc potissi-
 mum quaesitum est, *annon & illa à Spiritu sancto in Scriptu-
 ris quandoq; describatur*, & consequenter, annon etiã in
 Bibliis aliqua indistans Dei generalis seu universalis
 presentia aut propinquitas substantialis *doceatur*, cuius
 pars essentialis & definitiva non sit aliqua efficax Dei
 presentis operatio? Nos hactenus affirmativã aliquot
 in vestris Scripturæ testimonijs & solidis rationibus de-
 fendimus. Vide *Ταπεινωσις* pag. 302. 303. 304. 305.
 306. 307. & seqq. Dilicentius Theologi hactenus
 semper quidem sunt oblectati; ac afferre aliud nil po-
 tuerunt, quàm hoc, *Modos presentia modificata omnes, ali-
 quam operationem involvere*, quo ipso tamẽ, uti apparet
 rem controversam minimẽ attigerunt. Idem & hic
 à Decisoribus fit; De presentia enim dei *absolutâ & sim-
 plici* quaeritur, & illi statim sibi formant de presentia *mo-
 dificatâ*

discatâ; Vide. Ταπεινωσις παρ' pagina 287. 288. 289. 291.
301.

Quoad caput secundum (quod de causa vel fundamento presentia Dei apud creaturas, & in specie de fundamento omnipresentia Christi secundum humanam naturam agitur) & hic controversa quaestio minus recte concepta est. Autores enim pag. 10. dicunt: Dissertatum hactenus fuisse inter aliquot Augustinæ Confessionis addictos Theologos, an presentia Dei modificata apud creaturas, prout in sacris bibliis describitur, à solâ immensitate & infinitate Dei, an verò etiam à liberrimâ ejus voluntate oriatur. Inde pag. 19. 20. 21. iterum fit introductio modorum presentia; quorû modorum nullus à nudâ Dei immensitate & infinitate, sed simul propter conjunctam operationem à liberrimâ Dei voluntate dependeat. Sed denuò valde ἀνεπιπέδως, ἐπιποθύτως, & extrascopum. Nunquam enim, ne per febrim quidem somniavimus, quod modificata, per modum operationis extrinsecum, sive generalis sive specialis presentia fundamentum sit nuda Dei immensitas & infinitas; scimus enim per Dei gratiâ, quod quia modificata presentia cōjuncta est cum operatione, illa ratione operationis omninò etiam dependeat à liberrimâ Dei voluntate; eo quod omnes divinæ omnipotentia operationes externæ sint voluntariæ, licet nonnullæ inter easdem ex hypothesi etiam necessariæ. Quæsitum autem hactenus inter nos est, non de presentia modificatâ per operationem, sed de illâ presentia indifferenti generali: quæ talis dicitur propter internum & essentialem modum, secundum quem Deus vi immensitatis essentia sola apud creaturas omnes universaliter existit. Huius presentia Dei apud Creaturas universalis simplicis & absolute

ta fundamentum unicum nos statuimus *immensitatem & infinitatem essentia Dei*. Et videntur hoc ipsum non planè diffiteri posse Decisores, quando pag. 21. inquirunt: *Adeffentiam Dei ab immensitate & infinitate essentia & potentia Dei oriri*: Item *Deum huius immensitatis & omnipotentiaratione à creaturis abesse NON POSSE*. Nostra igitur sententia haud parùm derorquetur, quando nos per formationem hanc status tacitè incusamur, ac si *praesentia Dei, per modum extrinsecum operationis modificata unicum & solum fundamentum statueremus immensitatem & infinitatem essentia Dei*, id quod nobis in mentem nunquam venisse sanctè affirmare possumus. Pari modo involvitur status Controversiæ in altero membro illius capitis, quod de *fundamento proximo adequato omnipraesentia carnis Christi est*. Iterum enim quaestio de omnipraesentia carnis Christi *modificata illa, quæ etiam operationem aliquam includit, movetur, uti ad oculum ex collatione pag. 19. & 27. patet, & astruitur, quòd illius omnipraesentiae modificatae, cum operatione conjunctæ fundamentum unicum sit non unio personalis, sed & exaltatio & sessio ad Dextram Dei*, id quod nos QUOAD MODUM libenter concedimus. Quaestio autem nobis est de *adessentia universali indistante carnis Christi, quænam illius causa propria & proxima sit*. Hic nos constanter etiamnum asserimus, quòd illius adessentiae universalis indistantis, quatenus talis est, & extra complexum alicuius operationis consideratur, quoad rem, causa unica & proxima sit *unio personalis arctissima, seu subsistentia in infinità hypostasi τὴ Ἀόγη, νεο-σovic naturarum mutua & ἀρχαίος imbecatio ceu circuincessio totalis profundissima*. Hic hic Rhodus, hic saltandum, fuerat. Vide τὰ ἀρχαίος pag. 327. 328. 329. 330. & seqq.

Quoad

Quoad tertium caput Decisionis, quod de Domini
 Jesu Christi secundum carnem incessante Dominio & regi-
 mine super omnes creaturas, in ipso statu humiliationis,
 quin & in mediâ morte agit, ab initio quidem satis fide-
 liter status controversiæ formatus est, sed postmodum in
 diexodo tractationis subinde talia intersperguntur, &
 quibus sinistrè ille intelligi potest. Nam p. 31. 32. dici-
 tur, *εἰ δὲ ἀνάγκη, necessario sequi ex nostrâ sententiâ, assumptionem*
humanitatis in personam Filij Dei esse ipsam consummatam ex-
altationem Christi secundum carnem; sequi item necessario, non
usurpasse Christum maiestatem suam, secundum carnem in statu
humiliationis, quando & quomodo voluerit; sequi etiam, quòd
Christus usu acceptæ maiestatis in statu exinanitionis se nõ abdi-
cârit; & p. 37. scribunt: Christum plenariâ usurpatione ante
resurrectionem carnisse. Pag. 39. Christum Johan. 17. 5. Usur-
pationem maiestatis plenariam secundum carnem rogasse; Ergo
eandem plenariè non usurpasse. Pag. 40. Christum tempore ex-
ininationis nondum plenariè in cælo & in terrâ secundum carnem
dominatum esse. p. 41. Ex nostrâ sententiâ sequi, totam Christi
pâsionem nadam fuisse simulationem, &c. Hæc & similia, quæ
 in illo tertio capite plurima habentur, omnia tacite cõ-
 tendunt, ac si nos statueremus, Christum toto tempore
 humiliationis, etiam in ipsâ pâsione & morte, absolute u-
 niversaliter & simpliciter plenariè, etiam quoad propriâ suam
 carnem ab injurijs hostium, Diaboli, hominum, mortis &
 inferni defendendam absq; ullâ retractione suam communi-
 catam maiestatem omnem semper & incessanter usur-
 passe, quæ apertissima iterum, ne quid gravius dicamus,
 status inversio est. Videatur *καταγωγὴ*. à p. 201. usq; ad
 286. in specie verò Theor. 9. p. 625. Theor. 10. p. 724. The-
 or. 11. p. 783. Theor. 12. p. 800. Theor. 13. p. 829. Theor. 14.
 p. 841.

Quoad caput quartum & ultimum, quod est de *statu* exinanitionis Christi Iesu: quid propriè sit hæc exinanitio, & c. pag. 66. *status* ita concipitur, *An Exinanitio* hoc solum intendat, Christum in *statu* ævæ æternæ Exinanitionis æquè ac jam ad dexteram Dei, quâ homo fuit, inhabitantem suam plenitudinem totam Deitatis plenariè & incessanter, sed tamen occultè & latenter in regimine totius universi usurpasse & exercuisse? quæ rursus eò collimant, ac si nos è statu Exinanitionis merè ævæ, seu occultationè divinæ maiestatis plenariè etiam quoad propriam carnem usurpatæ, faceremus. Id quod amplius etiam ex huius quæstionis sequente explicatione patescit, quando pag. 73. ita: *Quarto* singulari diligentia observari debet, quid propriè sit *status* humiliationis? & quid innuat, cum Apostolus ait, Christum se humiliasse & exinanivisse; non utique hoc, quod miserum & calamitosum se coram hominibus tantum simularis, & c. Et mox pag. 76. apparet ex jam dictis, quod exinanire non idem sit OCCULTARI, & c. Sed & hic statum minùs ritè formari & injuriam nobis fieri protestamur. Videatur quæso ταπεινωσις nostra ubique, cum primis à pag. 201. usque ad 286.

Quintò desideramus, quod potissima & cardinalia nostra sententiæ fundamenta Decisores prætereunt, & ad illa nil respondent. Nil hic de verbo Dei, & solidis rationibus dicemus, quas in ταπεινωσις nostra proposuimus; videbimus saltem Formulam Concordiæ, secundum cuius ductum & tenorem totam Decisionem debuissent instituere, uti titulus & mandatū Electoralè præfixum habet. Urgemus autem in Formulâ Christianæ Concordiæ potissimum duos expressissimos textus & planè in dissolubiles, super quos nos duo illa puncta cardinalia controversa,

versa, omnipræsentiam videlicet indistantem, & universale, licet non plenarium omnium creaturarum indivisum regimen carnis Christi exinanitæ præcipuè fundamus. Prior habetur pag. 784, 785. Edit. Lipsens. Ubi illa ex Lutero de *omnipræsentia indistante carnis Christi exinanitæ* clarissimè & satis dilucidè ita commentatur: *Cum Christus talis homo sit, qui præter naturæ ordinem cum Deo una est persona; & extra hunc hominem nullus Deus reperiatur, necessario conficitur, quod etiam juxta tertium supernaturalem illam modum sit, & esse possit* (hoc posse opponitur Calvinianorum impossibilitati) *Ubiq; ubi Deus est: ita ut omnia plena sint Christi, etiam juxta humanitatem: non quidem secundum illam primam corporalem & comprehensibilem rationem, sed juxta supernaturalem divinum illum modum, &c.* Non enim in Christo sunt due separate persona, sed unica tantum est persona. ubicunq; ea est, ibi est unica tantum & indivisa persona. Et ubicunq; rectè dixeris: *Hic est Deus: ibi fateri oportet & dicere: Ergo etiam Christus homo adest.* Et si locum aliquem monstrares, in quo solus Deus, non autem homo esset, jam statim persona divideretur. Posses enim tum rectè dicere: *Hic est Deus ille, qui non est homo, & qui adhuc nunquam homo factus est.* Absit autem, ut ego talem Deum agnoscam aut colam. Ex his enim consequeretur, quod locus & spatium possent duas naturas separare, & personam Christi dividere, quam tamen neq; mors, neq; omnes Diaboli dividere aut separare potuere: Et quanti tandem obsecro pretii esset talis Christus, qui unico tantum loco simul divina & humana persona esset: in omnibus vero locis, duntaxat & quidem separatus Deus, aut divina persona esset, sine assumptâ suâ humanitate, nequaquam verò id tibi, quisquis es, concessero: Quin potius quocunq; locorum Deum collocaveris: sed etiam humanitatem Christi unâ collocare te oportebit: non

enim due in Christo natura separari aut dividi possunt. Una in Christo facta est persona, & Filius Dei assumptam humanitatem a se non segregat. Posterior textus Form. Concord. legitur partim pag. 772. 873. partim pag. 795. ubi illa de indivisa omnium *ἑνὴν ὄντων κοινότητα* ex verbo Dei ita definit: Ubi OPERA divelluntur & separantur, ibi etiam ipsam personam dividi necesse est; cum OMNIA OPERA omnesque passionnes non naturis (separatim, sed distinctim duntaxat) sed persone (ad quam pertinent ambæ naturæ, divina & humana, ut habet eadem Formula Concord. pag. 783.) tribuantur. Persona enim ipsa est, quæ omnia illa agit & patitur: hoc quidem secundum hanc naturam (SECUNDUM hanc distinctionem tantum significat, non separationem) illud vero secundum alteram naturam: quæ sanè omnia viris eruditissimis sunt notissima. Et rursus: Quod ad rationes officij Christi attingit, persona non agit & operatur, in se cum unâ vel per unam naturam tantum, sed potius in, cum & secundum, atque per UTRAMQUE naturam, seu ut Concilium Chalcedonense loquitur, una natura agit seu operatur cum communicatione alterius, quod cuiusque proprium est. Itaque Christus est noster Mediator, Redemptor, REX, Caput, &c. non secundum UNAM TANTUM naturam, sive divinam, sive humanam: sed secundum UTRAMQUE naturam. Iterum: Ab eo momento, in quo divinitas cum humanitate unita est in unam personam, homo ille, qui est filius Mariæ, verè est & vocatur omnipotens, æternus Deus, qui æternam habet potestatem: qui omnia creavit, & CONSERVAT (per communicationem Idiomatum) propterea quod cum divinitate una sit persona, & verus sit Deus. Porro quæ contra nos per totum Quartum Decisionis capitulum asserunt, Humiliationem tantum pertinere ad humanam Christi naturam, & nullum prorsus modum excogitari vel no-

vel nominari posse, (vide pag. 93. Decisionis, vel ut per Sphalma numeratur 71.) quo divine Christi natura vel exinanitio, vel mors & passio realiter attribui queat, optimè tanè noverunt illi, quo fundamento nos post Scripturam sacram, in Formulâ Christianæ Concordiæ potissimum, utamur, cur illud doceamus. Legitur autem hac de rep. 770. 771. expressus hic passus. Cum autem & occulti & aperti Sacramentarii sub hac regulâ (quando dicitur, quòd toti persona tribuatur, quòd uni nature proprium est) perniciosum suum errorem occultent, dum totam quidem personam nominant, interim tamen unam, eamq. (ut sic dicamus) nudam tantùm naturam intelligunt, alteram autem penitùs excludunt, quasi nuda vel sola humana natura pro nobis passâ sit; placuit D. Lutheri verba hoc loco recensere, è Majori ipsius de Cœnâ Domini confessione, in quibus de Cinglii Alxosi agit, ut Ecclesia Dei quàm optimè adversus errorem illi præmuniatur: Verba autem D. Lutheri sic habent: Hoc Cinglius vocat Alleosin, cum aliquid de divinitate Christi dicitur, quòd tamen humanitatis proprium est, & contrâ. Verbi gratiâ, ubi in Scriptura dicitur: Nonne hac oportuit pati Christum, & ita intrare in gloriam suam? ibi nugatur Cinglius, quòd vocabulum (Christus) hoc loco pro humanâ naturâ sumatur. Cave tibi, cave, inquam, tibi ab istâ Alleosin: Est enim larva quadam Diaboli: que tandem talem Christum fingit, secundum cujus rationes ego certè nolim esse Christianus. Hoc enim illa vult, quòd Christus nil amplius sit aut efficiat suâ passione & vitâ, quàm alius quispiam sanctus. Si enim persuaderi mihi patiar, ut credam, solam humanam naturâ pro me passam esse, profectò Christus mihi non magni pretii salvator erit, sed ipse tandem salvatore eget. In sumamâ, verbis explicari non potest, quid Diabolus per hanc Alleosin moliat. Et paucis interpositis. Si fortè venefica illa, Dominaratio (cuius ne-

ius neptis est ipsa Alloeosis) reclamare voluerit, dicens: Divinitas neg, pati, neg, mori potest; Tu respondebis: Verum id quidem est; nihilo minus tamen, quia DIVINITAS & HUMANITAS in Christo unam personam constituunt, Scriptura propter hypostaticam illam unionem, etiam DIVINITATI omnia illa tribuit, quae HUMANITATI accidunt (uti etiam est humiliatio, & exinanitio) & VICISSIM HUMANITATI, quae DIVINITATIS sunt. Et sane revera res ita sese habet; hoc enim fateri te necesse est, &c. Hæc, hæc sunt cardinalia & potentiora nostra fundamenta, quae pro defendenda nostra sententia in Concord. Form. habemus; hæc, adducere & ad illa solide respondere Decisores oportebat: si juxta tenorem Formul. Concordiæ decidere voluissent. At ne tetigerunt illa quidem unquam per totam suam Decisionem (licet ipsi non ignorent, illa esse principalia) tantum abest, ut ad illa quidquam responderint. Quin imò tacite ab his rationibus, aut responsionibus ullis, hoc textus Formulæ Concordiæ pro nostra sententia principales; reapse rejiciunt, & in eos odiosas infimulant. Sic enim pag. 93. Decisionis, vel, ut per sphalma numeratur pag. 71, inquitur: Notetur autem & istud hic diligenter, etsi Christus juxta carnem ab usurpatione universali Majestatis sue abstinuit, eundem tamen secundum divinam naturam omnia in caelo & in terrâ potenter rexisset, & cū Patre & Spiritu S. omnes creaturas gubernasse. Secundum divinam naturam NULLO PRORSUS

NB:

MODO, QUICUNQUE etiam vel excogitari, vel nominari queat, se exinanivit; (ergo ne quidem per appropriationem.) In scripturis quæ sed Dominus ac omniprensens Dominus & Deus semper fuit & mansit, quem admodum etiam juxta divinam naturam non passus; nec de minus ipsa divina natura passa, sed Deus in carne. & Dominus gl'rie crucifixus. Et paginis mox immediate sequ.

Et seq.

Planè erroneum est, quòd divinitas sit passa. Filius Dei quidem est passus, & c. sed TANTUM juxta humanam naturam, & c. Penitus erroneum est, quòd Christus, non obstante liberrimâ ^{reversæ} vel evacuatione, in ipsâ nihilominus morte, cælum & terram secundum humanam QUOQUE naturam omnipresenter rexit. Profsus erroneû est, si statuitur, nisi regimen universale in statu exinanitionis secundum humanam naturam concedatur, Nestorianam inde sequi Personam Christi divulsionem. Neg. enim Persona divellitur, vel Nestoriano modo docetur, licet aliquid de totâ quidem personâ, non tamen secundum UTRAMQUE naturam, sed secundum UNAM TANTUM dicatur. (Ergo ne ipse quidem Nestorius personam divisit: Proprietatem enim humanæ naturæ adscripsit quidem toti personæ, sed non utriq; nature, Unde Mariam ^{χριστιανη} appellavit, sed ^{θεοτοκος} appellare noluit.) Pergunt: Eadem planè ratio est, cum aliquid de totâ Christi persona dicitur, quòd tamen juxta solam divinam naturam, utpote ^{ιδιωτα} illius, intelligi debet, & c. Non igitur Nestoriana persona divulsio sequitur, si Idiomatica naturarum discernuntur (sed verò si separantur, uti per hanc doctrinam fit) Nestorianismum valdè sapit (NB. Calvinianam Nestorianismi descriptionem) si quid de unâ naturâ dicitur, & illud ipsum de totâ personâ negatur, quæ tamen ab alterâ naturarum nomen habet. Utpote cum Cinglius scribit, humanitatem Christi esse passam, nec tamen concedit, ipsum Dei Filium esse passum. (Quatenus per Dei Filium divina natura, characteristicâ proprietate ^{τῆ} geniti determinata, intelligitur, non concedunt: quatenus verò per Filium Dei Christus seu tota persona, aut suppositum concretivum intelligitur, exactissimè & ad unguem id concedunt Decisores.) Tandem addunt p. 99. vel 67. Erroneum totum est, quòd Christus in statu humiliationis nihil secundum

dum diuinitatem suam egerit, quod simul secundum humanitatem quoque ab ipso factum sit, &c. Hoc num sit juxta præscriptum Formulæ Concordiæ & juxta textus illius illustrissimos supra allegatos decidere, & non potius Concordiæ Formulæ in hoc negotio contradicere, judicet ipsemet Serenissimus & judiciosissimus Elector Saxonicus; judicent reliqui orthodoxi illius inclyti Electoratus Theologi: judicet tota Concordiæ Formulæ sincerè addicta Christi Ecclesia. Reliqua nostra argumenta *potiora* partim tanguntur quidem, sed plerunque insufficiente responsione dimittuntur, partim tantum levantur, uti suo loco & tempore videbimus.

Sextò desideramus, quòd Autores Decisionis hujus, quæstionem illam, omnium principalissimam, de quâ ab initio sola ferè controversia erat; *An nimirum Christus quâ homo, in statu exinanitionis omnibus creaturis propinquitate substantiali per adiunctionem ADFUERIT?* implicitè quidem & tacitè, ut supra vidimus, heterodoxias accusaverint, expressè tamen & peculiariter neque moverint, neque etiam deciderint. Ignorare enim non possunt, hoc inter Nos & D. Menzerum principale punctum controversiæ esse. Nisi enim Menzerus omnipræsentiam *indistantem* carnis Christi exinanitæ negasset, ne nunc quidem adversus ipsum quisquam scripturus fuisset quidquam. Unde Cancellarius Tubingensis D. Oslander in primo suo scripto, (cui titulum fecit: *Informatio Fidelis*) quæstionem hanc secundo statim concepit loco, *utrum Christi hominis seu hominis in Deum assumpti in statu exinationis realis aliqua fuerit ad omnes creaturas indistans præsentia?* Si igitur rectè agere voluissent Decisores, quæstionem hanc, utpote in controversiâ hac totâ cardina-

Decisione 4. Quæst. Theolog.

79

cardinalem & principalem non ita occultè tantum & quasi *saluatim* hinc inde interspergere, ut non nisi hujus negotij gnari, quid de eâ sentiant, perspicere possent, sed eandem *peculiariter, clarè, dilucidè ac disertè formare & decidere debuissent.* Verùm cur id facere ipsis minùs consultum fuerit visum, divinatione opus non est. Sive enim *negativè* sive *affirmativè* ad illam respondissent, ipsorum proposito minùs commodū id futurum fuisset. Si *NEGATIVÈ*: tunc statim omnibus, etiam simplicioribus ad oculum patuisset, ipsos Decisione hâc suâ non tantùm à Formulâ Concordiæ & Theologis Saxoniceis, fato suo partim defunctis, partim etiamnum per Dei gratiam viventibus, manifestissimè recedere, sed Calvinianis etiam ansam præbere, utpote qui fundamento & propugnaculo hoc (quòd ex assumptione in infinitam *ὁπώραν τῆς λέξεως*, naturarumque in infinitâ hac hypostasi unione intimâ, communionè reali & *ἁπλοῦς* profundissimâ carnis CHRISTI indistans præsentia apud omnes creaturas *NECESSARIÒ* sequatur) everso & subruo, tam *solidè* de reliquo refutari non possint. Si *AFFIRMATIVÈ* respondissent, quòd nim. tempore exinanitionis carnis Christi ad creaturas omnes aliqua fuerit realis & indistans præsentia, tunc illam aut *sine fundamento Scripturæ asserere coacti fuissent*, quòd absurdum & Pontificium est, aliquid scil. pro religionis dogmate proponere, quòd tamen in Scripturis neque secundùm *litteram*, neque secundùm *sensum* habetur. Si verò *cum & secundùm Scripturam* omnipræsentiam hanc indistantem carnis CHRISTI exinanitæ affirmare voluissent, tunc uno ictu totus Mentzerianismus, & tota etiam hâc ipsorum Decisio

corruisset. D. Mentzerus namque & Decisores cap. 1. pag. 2. 3. & seqq. hanc ponunt hypothesin, quod *omnis presentia Dei apud creaturas, & per consequens etiam generalis seu universalis secundum stylum Biblicum descripta, semper operationem aliquam, universalis nempe universalem, particularis particularem, & definitive ac essentialiter in se ita completatur, ut posita aliqua adessentia sive presentia indistans, necessario quoque eidem correspondens operatio ponatur, & vicissim negata operatione, necessario quoque eidem correspondens presentia indistans seu adessentia & propinquitas substantialis tollatur.* Si itaque Scripturae fundamentis aliquam realem carnis Christi exinanitæ ad omnes creaturas statissent presentiam indistantem, tunc necessario vi propriarum à D. Mentzero mutuatarum hypothesium sequentium fuisset, eidem adessentia generali operationem etiam aliquam generalem seu universalem respondisse, & sic nostra sententia ex toto fuisset approbata, D. Mentzeri verò ex toto reprobata & damnata. Verum quia pro sua ἀρχαίω hoc præviderunt Decisores, ideo à Formul. Conc. & reliquorum Dnn. Saxoniorum cum veterum tum modernorum de hoc puncto constante doctrina, (Christum scilicet secundum humanitatem tempore etiam humiliationis suæ ob assumptionem in infinitam hypostasin τῆς Ἀρχῆς, ac intimam in infinita hac ὑπόστασι factam naturarum unionem, ἡνωσίαν realissimam, & ἀρχαίωτα profundissimam, omnibus creaturis indistans propinquitate substantiali adfuisse) recedere malunt, quam non in omnibus D. Mentzeri novæ opinioni favere; id autem ne confestim ab omnibus simplicioribus imprimis, animadverteretur, se à Formul. Concord. & reliquorum doctrina constantissima deflexisse, adessentiam hanc generalem carnis Christi exinanitæ,

inanitæ, tantùm hinc inde sparsim & quasi per obliquum occultè, (uti suprâ demonstratum) negare malunt, quàm vel peculiarem & expressam de eâ formare quæstionem, vel ad eam explicitè respondere.

Septimò desideramus, quòd ab Autoribus Decisionis per totum passim librum istiusmodi *monstruosa absurda & impia dogmata* nobis imputantur & affricantur, ut si illa per inevitabilem saltem consequentiam unquam statuissemus, jure merito, nostro etiam judicio, exploderemur & damnamur. Pauca saltem, brevitatis studio recensebimus. Pag. 3. dicitur: *MODIFICATA præsentia nequaquam ab operatione SEPARATUR*; qua unica propositione nos duorum absurdorum incusant, I. quasi ne modificatam quidem præsentiam, quatenus illa modificata est, per *operationem* describendam censeremus; & 2. præsentiam Dei simplicem & indistantem ab operatione *SEPARAREMUS* (pag. 17. Decis. num. 5.) cum tamen ad essentiam Dei seu propinquitatem substantialem, quâ talem, ab operatione duntaxat Dei præsentis *distinguamus*, modificatam verò præsentiam, quâ talis est; per modum externum operationis *describendam* statuamus. Pag. 12. & 13. phrasis hæc aliquoties occurrit, *Deum nullo modo creaturis esse præsentem absque CONCURRENTI OPERATIONE*, &c. quæ iterum eò colligatur, ac si nos statuamus, Deum creaturis præsentem esse *absque operatione*, cum tamen Deus præsens & Dei præsentis actio, existentibus creaturis non *separanda*, sed *distinguenda* saltem sint. Pag. 15. tacitè nobis imputatur, ac si ex loco Jerem. 23. v. 23. 24. (*numquid non cælum & terram ego impleo*) *nudam, meram & otiosam præsentiam seu ad essentiam Dei probaremus*, cum tamen Deum nullibi *otiosum*

otiosum esse, protestati fuerimus. Semper autem hoc
 docuimus, & adhuc docemus, nullam planè esse seque-
 lam: *Deus presens nullibi est otiosus; Ergo presentia definitivè*
& in casu recto est ipsa Dei operatio, ut loquitur D. Mentze-
rus, seu: presentia & operatio sunt definitivè complexa; cum
multa sint conjuncta, quæ tamen definitivè idem non
sunt, ut Sol & splendor, juba & equus, dulcedo & albe-
do in saccharo, &c. Pag. 17. n. 3. pro heterodoxo rejicitur,
quod Dei immensitas pro presentia ejus apud creaturas non-
nunquam sumatur; quasi verò quisquam unquam in hac
controversiâ id asseruerit. Immensitatem quidem ad
creaturas RELATAM meminimus nos omnipresentiam
appellasse, sed quòd omnipresentia sit ipsa immensi-
tas in se, id non recordamur à quoquam nostrum dictum
scriptumve. Eadem pag. num. 4. digitus eò intendi-
tur, ac si nos operationem pro tali accidente presentia Dei
haberemus, quòd mutabiliter ab illà abesse, vel eidem
adesse posset: cum tamen nos eò tantum respectu opera-
tionem, presentia accidens appellemus, quia ipsius
definitionem & essentiam, quæ talis, propriè non in-
greditur. Eadem pag. num. 5. reperitur SEPARATIO
operationis à presentia vel adessentia (Dei presentis) de-
qua tamen nos nihil scimus. Eadem p. n. 6. ceu hetero-
doxum expungitur, quòd efficax Dei operatio sit tantum
EFFECTUS vel FRUCTUS presentia Dei, &c. cum ta-
men nos hæctenus accuratè & propriè nostris verbis
loquendo, presentiam, quæ presentia seu relatio est, in-
ter entia non operantia retulerimus, & operationem,
propriè loquendo, effectum non presentia, sed potius
DEI PRESENTIS esse docuerimus. Pag. 18. 19. 20. 21.
pluribus contra nos adstruitur, fundamentum presentia

Dei

DEI MODIFICATE apud creaturas non esse solam Dei infinitatem & immensitatem; unde Lector sanè etiam literatus aliud colligere non potest, quàm hanc nostram genuinam esse sententiam; quòd etiam *presentia Dei modificata* (quæ cum operatione conjuncta est) à solâ Dei immensitate, & non simul etiam à liberrimâ ejusdem omnipotentis voluntate dependeat, cum tamen nos, quando affirmavimus, solam immensitatem Dei, omnipresentiæ ejusdem fundamentum esse, id de presentia tantùm indistante, absolutâ & simplici intellectum voluerimus. Iisdem pag. itidem contra nos docetur, quòd *omnipresentia carnis Christi modificata per modum externum operationis, fundamentum unicum non sit unio personalis, sed & Dei beneplacitum atque exaltatio & sessio ad dextram*; cum tamen nos de simplici duntaxat & indistante propinquitate carnis Christi hactenus disputaverimus, & de illâ saltem scripserimus, quòd post semel factam unionem, existentibus creaturis, non sit libera voluntatis, sed necessario & quidem unice ex assumptione humana natura in infinitam *κοινωνία* τῆς θεοῦ, & in hac hypostasi intimâ unionem, *κοινωνία* realissimâ & *μετὰ ἑαυτῆς* profundissimâ fluat; aliam verò de presentia modificata rationem esse, quòd nimirum illa etiam libera voluntatis sit, ita tamen, ut existentibus creaturis (ex hypothesi) etiam necessaria sit, non ignoramus. Pag. 26. asseritur: Christum in statu humiliationis non sic omnibus adfuisse creaturis, regendo & gubernando eas, quemadmodum NUNC in statu exaltationis dominatur, &c. quæ phrasis haud dubiè Lectori suspicionem hanc de nobis movet, ac si status CHRISTI diversos, humiliationis videlicet & manifestè gloriosæ superexaltationis, quæ resurrectionem insecuta est, inter se confunderemus, & utriusq;

& utriusq; eandem planè rationem esse, impiè crederemus, quod tamen in mentem nobis nunquam venisse, testantur scripta nostra. Pag. 29. repetitur, non rectè doceri aut dici, quòd omnipresentia Dei apud creaturas (*MODIFICATA*) unice ab infinitate & immensitate ejus oriatur, ad eòq; voluntas Dei liberrima excludenda sit. Item: Heterodoxum esse, cum personalis unio duarum naturarum in Christo principium solitarium & unicum omnipresentis majestatis & plenarij dominij Christi secundum carnem statuitur, & c. quasi verò quisquam nostrum de hoc unquam vel cogitaverit saltem, nedum ut talia docuerit. De præsentia indistante semper nos differuisse noverunt omnes, qui nostra scripta legerunt. Pag. 30. 31. hæc habentur propositiones: *Assumptio humanitatis in personam Filij Dei, non est ipsa CONSUMMATAM exaltatio Christi secundum carnem.* Christus à primo conceptionis momento in cælum non ascendit, neq; illicò ad dextram Patris sui cœlestis sedit. Christus majestatem suam in statu humiliationis, secundum carnem suam, quando & quomodò voluit, usurpavit. Christus usum acceptæ majestatis in statu exinanitionis abdicavit; quæ propositiones omnes & singulæ hanc habent speciem, ac si nos statueremus, assumptionem humanitatis in personam Filij Dei, esse ipsam CONSUMMATAM exaltationem Christi secundum carnem; Christum item à primo conceptionis momento *EO MODO* ascendisse in cælum, & ad dexteram Patris sedisse, *QUO MODO* post resurrectionem id factum est; Christum item in statu humiliationis non quando & quomodò voluerit, majestatem suam usurpasse; eundem etiam plenarium *USUM* acceptæ majestatis tempore exinanitionis non abdicasse, quæ omnia & singula verè nobis imputari non.

Decisione 4. *Quæst. Theolog.*

55

non possunt. Videatur Assertio sanæ doctrinæ de
statu exinanit. & *ΤΑΠΕΙΝΩΣΗΣ*. à pag. 201. usque ad 286.
Rursus pag. 36. 37. 41. & pluribus alijs locis decidunt,
Christum (secundum carnem) in adscensione demum ad dex-
teram Dei exaltatum esse. Christum plenariâ usurpatione
ante resurrectionem (secundum carnem) caruisse. Pas-
sionem Christi non esse nudam simulationem, &c. quæ omnia
& singula eò intelliguntur necessariò, ac si nos Chri-
stum in ascensione visibili verè exaltatum esse negare-
mus, & quòd Christus secundum carnem *PLENARIA*
usurpatione tempore exinanitionis caruerit, inficiare-
mur, contrà verò è Christi passione meram simulationem
efficere, quæ omnia teterrima absurda nostram
nunquam subière mentem. Pag. 61. 62. 63. 64. se-
quentia pronuntiata ceu erronea rejiciuntur: I. Quòd
caro Christi per unionem personalem adeò exaltata sit, ut nulla
alia exaltatio, quam hæc sola de Christo in totâ scripturâ sacrâ
eradatur & doceatur. II. Quòd Christus à primo puncto
conceptionis in cælos adscenderit: III. Quòd Christus à pri-
mo puncto conceptionis (eo modo, quo nunc) ad dexte-
ram Dei sederit. IV. Quòd in statu exinanitionis *TAM*
potenter omnibus creaturis dominatus sit, *QUAM NUNC*
ad dexteram Dei, & in eo *SOLUM* differentiam esse, quòd
Christus in statu exinanitionis *OCCULTE* & *LATENTER*
regnârit, *NUNC* autem *MANIFESTE* dominetur. V. Er-
roneum esse, si negetur, Christum in statu exinanitionis juxta
carnem, *SE*, quoad *PLENARIUM* usum infinitæ suæ maje-
statis, &c. exinanivisse. VI. Erroneum esse, cum humanitas
Christi etiam secundum idiomata natura divinæ, &c. *UNUM*
cum Deo statuatur; quæ omnes decisiones tacitè eo diri-
gantur, quasi nos non sincerè exaltationem, ascensionem &
sessionem

H

sessionem

sessionem à dexteris, quoad MODUM etiam, ALIAM,
 quàm quæ à primo conceptionis momento est facta,
 crederemus, quasi etiam statum exinanitionis per so-
 lam *κρυψιν* occultationem seu *absconsonem* definiremus, & in-
 ter exinanitionem ac exaltationem, resurrectionem in-
 sequutam nullum discrimen haberemus; quasi etiam ne-
 garemus, Christum juxta carnem *SE* quoad *PLENA-*
RIMUM usum acceptæ divinæ majestatis evacuasse, aut
 quasi tandem crederemus, Christum juxta humanita-
 tem esse *ÆQUALEM* Deo, aut *UNVM* cum Deo quoad
ουσιας seu essentiam, &c. quæ omnia horribilia absurda &
 impia dogmata si *SCIENTER* nobis immerentibus im-
 putantur, non immeritò de illis conquerimur. Pag.
 66. status Controversiæ ita formatur; *An exinanitio hoc*
SOLUM intendat, Christum in statu *κρυψιν* *ÆQUE* ac *JAM*
 ad dexteram Dei, quæ homo fuit, inhabitantem suam plenitu-
 dinam totam Deitatis, *PLENARIE* & incessanter, sed tamen
 occultè & latenter in regimine totius universi usurpasse & ex-
 ercuisse? Similes phrasæ in diexodo hujus cap. 4.
 num. in primis 6. 8. 9. 10. aliquoties contra nos usur-
 patur, quod sanè omne in præjudiciũ causæ nostræ apud
 lectorem cedit, cum tria distincta crimina, per hanc
 formationem status tacitè in nos devolvantur. I. Quòd
 nullum planè reale discrimen inter statum exinani-
 tionis, & manifestè gloriôsæ superexaltationis facia-
 mus, sed *ÆQUE*, quoad rem & modum, tempore,
κρυψιν seu Exinanitionis ac *JAM* ad dexteram DEI,
 ipsum dominatum esse statuamus. II. Quòd Christo
 secundum carnem in eodem Exinanitionis statu *PLE-*
NARIUM, absque ullà retractione, usum divinæ ma-
 jestatis adscribamus. III. Quòd exinanitionem to-
 tam

tam & formaliter solummodò per $\alpha\epsilon\iota\psi\upsilon$ seu *occultationem* definiamus, quæ itidem singula & cuncta perperam nobis imponuntur: iudicium hoc in loco sit pones lectorem. Tandem rectè etiam ad ordinem hunc scripturum eorum, quæ in genere in hoc scripto desiderantur, & hoc refertur, quòd statim in frontispicio, & postmodum per totum scriptum toties æquivocatione voculæ *PLENARI* seu *UNIVERSALIS* luditur. Constat enim, quòd ipsius duplex queat esse significatio. Vel enim ita accipitur, quòd Christus secundum carnem assumptam in statu humiliationis majestatem suam acceptam omnem ita plenariè & universaliter usurpaverit, ut nullibi & nunquam nullo etiam respectu illam retraxerit, quo modo veteres Theologi & Formul. Concordiæ carni Christi exinanitæ plenarium & universalem usum acceptæ majestatis in statu humiliationis non adscribunt, & nos cum ipsis, sensu hoc, *plenarium & universale* Christo juxta humanitatem nullibi & nunquam assignatum volumus; Hac enim ratione, jam manifestè gloriosè à puncto conceptionis fuisset exaltatus, injurias à propria carne semper repulisset, adeoque neque pati neque mori valisset, cujus gratiâ tamen in mundum venerat; alio modo accipi potest hæc vocula *PLENARI* seu *UNIVERSALIS*, quòd Christus juxta humanitatem suam *NON NOS, AUT CREATURAS, sed SEMETIPSUM* exinaniverit, atque quoad propriam carnem in officio suo Sacerdotali reverà quidè in omnibus ijs retraxerit, quæ finè incarnationis, opus videlicet redemptionis potuissent impedire, sed tamen ad extra in universali creaturarum sustentatione, conservatione & gubernatione *INDIVISE* cū $\alpha\delta\gamma\omega\varsigma$, juxta secundum genus

communicationis idiomatum majestatem suam acceptam omnem exeruerit; quo posteriori sensu concedimus, CHRISTUM etiam, quâ homo est, tempore exinanitionis *INDIVISE* cum *Αδύω* universaliter seu plenariè (quamvis sub servili formâ) omnem suam acceptam divinam majestatem usurpasse. Vide *ταπεινωσις* pag. 135. 136. 838. 839. Æquivocationem hanc vocabuli hujus evolvere oportebat Autores hujus scripti, quod dum factum non est, per illam semper & Lectorum & auditorum animis hæc infigitur suspitio, quod priori illo significatu plenarium aliquod regimen, carni Christi exinanita contra expressos Formul. Concordie & Orthodoxorum Theologorum contextus adscribamus, atque consequenter statum humiliationis & exaltationis inter se confundamus, id quod tamen à nobis minimè fit omnium. Et hoc ultimum punctum est, quod in genere desideramus.



Breviculus Index

Plenioris responsionis ad argumenta quævis contraria Scripti Decisivi suis locis in *ταπεινωσις* repertiendæ, in gratiam æqui Lectoris collectus.

Τὸ ΠΛΕΝΑΡΙΟΥΜ ΝΥΜΟΥΑΜ ἂν Form. Conc. & veteribus Theologis de Statu Exinanitionis usurpatur, sed SOLUM de exaltatione. Resp. Æquivocationem vocis ΠΛΕΝΑΡΙΟΥ ΤΑΠΕΙΝΩΣΙΣ clarissimè evoluit pag. 135. 136. 159. 716.

Præfat. l. b. f. b. esse controversiam minis necessariam. Resp. ταπ. pag. 25. & 43.

CAPUT

CAPUT I.

De definitione præsentia.

Pag. 2. Status controversiæ non ita planè, ut deberet, formatur. Nam 1. de MODIFICATA præsentia, homonymia si absit, propriè non loquitur, sed de *absolutâ* solummodò quâ tali. 2. Interspersum *in* TECUM ERO, de *speciali præsentia*, uti ipsi pag. 6. 7. lin. 1. 2. 3. docent, agit. Nil ergo ad rhombum. Clariùs totum statum vide in *tau*. 286. 287.

Pag. 2. l. ult. & pag. 3. lin. 6. non *separamus operationes à Deo præsentè*, *tau*. 290.

Pag. 3. Termino *Modificata præsentia* ludunt. Vide statum *tau*. 286. Dictum Jerem. 23. solutum *tau*. 305. 316. usque 319.

Pag. 5. *Pater noster qui es in cælis*. Resp. Operationem non *separamus*, *tau*. 290. sed verbis his, *esse in cælis*, primariò & principaliter *propinquitatem Dei dici ex proprietate vocum ostendimus*.

Pag. 5. l. 11. & c. addit *præsentiam gratiosam*; Sed extra statum, *tau*. 289. 290. Hic obiter nota, Autores Decisiones etiam *duplicare & triplicare quoad adæquationes, præsentias*; quod tamen in *tau*. 181. solutum.

Pag. 7. Psalm. 139. adducitur, sed Resp. *tau*. 305.

Pag. 10. Addunt quoque *gloriosam præsentiam*; sed extra statum *tau*. 280. 181.

Pag. 11. Fit Syllogismus: *Si omnes species præsentia Dei sunt modificata, & c.* Resp. *tau*. 324.

Eadem pag. ad locum Job. 11. respondetur: *Excipiunt. I. agi de imperscrutabili sapientiâ Dei.* Resp. 1. hoc

medio imperscrutabili probant. 2. nulla sequela: *textus non tantum de propinquitate ad creaturas, sed & de Dei SAPIENTIA (quæ in se ACTIO non est.) agit: Ergo præsentia & operatio sunt definitivè seu essent aliter complexa. II. Excipiunt: agi tantum de immensitate. Resp. Taw. 324. Nos præterea operationem à Deo præsentem non separamus, sed inter adessentiam & operationem saltem distinguimus. Ead. pag. objiciunt: In verbis Psalm. 145. 3. (magnitudinis ejus non est finis) nullam fieri mentionem præsentie. Resp. Quid ergo est, MAGNUM esse?*

P. 13. contra locum Exod. 17. 7. quem D. Osiander Disp. de Omnipræf. thes. 11. adduxit, excipiunt; non sequi: *Gratiosa operatione fuerunt destituti; Ergo Deus fuit otiosus apud ipsos. Resp. Deum non statuimus otiosum Taw. 288. sed verbis his adessentiam dici, operationem verò specialem ab adessentia definitione excludi, scripsit Cancell. p. 4. dictæ disputationis. Ultima verba pag. 13. sunt planè extra statum. Taw. 289. num. 7.*

Pag. 14. *Deum non otiosum apud Impios fingimus; Taw. pag. 288. Eadem & seq. 15. p. iterum adducunt ad IMPLERE, quod Taw. 316. solutum.*

Pag. 15. Citant Lutherum, sed extra statum. Taw. pag. 289. num. 6.

Pag. 16. Augustinus dicit, *Deum præsentem non otiosum esse. Idem & nos Taw. p. 288. Antithesis I. refutata est in Taw. p. 302. & c. Antithesis II. in Taw. p. 289. num. 7. 8. Antithesis III. in nos est injuriosa, Taw. p. 286. 287. 302. Antithesis IV. petit principium. Antithesis V. nos non tangit. Antithesis VI. mentem nostram non verè exprimit. Vide Taw. p. 289. num. 7. maximè à pag. 296. 297. & in margine & pag. 329. NB.*

Caput

C A P U T I I.

De fundamento Omnipresentiæ.

Pag. 18. In formatione status graviter peccatur. Sumunt enim 1. *Presentiæ modificatam* ex pag. 14. cum operatione conjunctam, & de hac dicunt, quòd illius unica fundamentum immensitatem faciamus; ad quod Respond. *τὰ π.* pag. 330. num. 5. Nos verò loquimur non de *modificatâ*, sed generali Christi *ἡαυθῶντ* omnipresentiâ, quâ tali. Genuinum controversiæ statum quære in *τὰ π.* pag. 327. usque ad pag. 335.

Pag. 19. lin. 13. 14. & pag. 29. extra statum vagantur. *τὰ π.* pag. 328.

Pag. 21. extra statum, cùm de operatione quæstio non sit. *τὰ π.* p. 330. num. 5. & pag. 334. lin. 10.

Pag. 22. statum quæstionis sufficienter non expriment. Vide *τὰ π.* pag. 327. & c.

Pag. 23. Absolutè *PLENARIAM* usurpationem non statuimus, alioquin nec pati, nec mori Christus *ἡαυθῶντ* potuisset. *τὰ π.* pag. 328. 329. Theodoretus non contra nos, cùm Christus etiam in statu Exinanitionis ad dextram Dei sederit. Vid. *τὰ π.* pag. 530. & in impietate Photinianâ caput, quando CHRISTUS factus sit Dominus.

Pag. 24. Verba Libri Concord. in Epit. p. 579. de *PLENARIA* agunt usurpatione; nil ergo ad statum. *τὰ π.* 328. num. 3. & 330. num. 4.

Pag. 25. extra statum. *τὰ π.* 328. pag. 26. extra statum. *τὰ π.* p. 328. pag. 27. extra statum, cùm de *PLENARIO* Dominio quæstio non sit. *τὰ π.* p. 330. n. 5. & pag. 334.

Pag. 28. extra statum; Vide in *τὰ π.* pag. 327. 328. statum.

tum quaestionis legitimè formatum. Omnes tres antitheses genuinum controversiæ statum non attingunt, ut in *tr. w.* pag. maximè 330. & 334. videre est.

CAPUT III.

De Universali Operatione.

Pag. 31. dicitur, ex nostrâ doctrinâ sequi, *assumptionem carnis esse illam superexaltationem* Phil. 2. Resp. nullo modo. *tr. w.* pag. 251.

Pag. 32. *Christus sedit & non sedit à Dextris Dei*: Vid. *tr. w.* pag. 530. *QUANDO & quomodo* pag. 85. 114. 380. 394. *Christus exinanivit SE.* *tr. w.* p. 217. *Christus sc̄a sēq̄*: Phil. 2. *tr. w.* 90. 91.

Pag. 33. *Quando & quomodo*, *tr. w.* p. 85. 114. 380.

Pag. 34. In formatione status *PLENARIUM equivocum* *tr. w.* pag. 135. 139. 159. 716. Si sumunt pro *regimine absoluto & majesticè glorioso*, nulli unquam in mentem venit, quòd *Christus* ita *PLENARIE* rexit. Vide loca citata.

Pag. 35. dictum Phil. 2. urgent. Resp. *tr. w.* 217. 508. 509. & c. & ipsi de *PLENARIUS* usus exinanitione exponunt, quòd & nos in *tr. w.* 217. concedimus.

Pag. 36. locum Ephes. 1. 21. de *plenario usu*, qualis post assumptionem in cœlos est, explicant. Verùm locus ille *INDIVISUM* regimen totius Christi in statu exinanitionis non tollit, sed ostendit solummodò, *CHRISTUM* in exinanitione rexisse. non *TALITER*, *QUALITER* nunc; alioquin sequeretur, quòd ante ascensionem ad cœlos. ne *CAPUT* quidem.

quidem Ecclesiæ fuerit, cum per sessionem *DEMUM* caput constitutus dicatur.

Pag. 37. τὸ *sedere* æquivocum. *ταπ.* 530. plenarium regimen in exanitione illo sensu, quo veteres nonnulli terminum hunc usurpârunt, non agnoscimus. Ad locum Eph. 4. resp. in *ταπ.* 3155. 32. 715. & in impietate Phorinianâ D. Thummij.

Pag. 38. urgent dictum Joh. 17: *Glorifica me Pater, &c.* ad quod Resp. in *ταπ.* 529. ipsi Decisores solvunt, dum pro plenariâ usurpatione illud accipiunt.

Pag. 40. urgent Psalm. 8. & locum Hebr. 2 Resp. *ταπ.* 712.

Pag. 41. *Κένωσις* seu inanitiō non simulatio, sed vera retractio usus majestatis est in officio Christi mediatorio. *ταπ.* 201. ad 207.

Pag. 42. Verba Formul. Concordiæ declarata sunt. *ταπ.* 114. 115. 116.

Pag. 43. Repetitio articuli Formul. Concord. loquitur de depositione formæ servilis, & *PLENA* usurpatione. Verùm id nos non tangit.

Pag. 46. In Resp. ad objectiones nostras. i. nos plenarium regimen sensu dissentientium non agnoscimus, *ταπ.* 716. ii. Excipiunt: Potuisse Christum hominem Ecclesiam regere, quia sit pusillus grex, non verò universum. Resp. Sed infirma sanè responsio; cùm ad regimen Ecclesiæ *ÆQUE INFINITUM EXERCITIUM*, ac ad regimen universi requiratur; quo sensu ergo potuit mediâ in morte esse servus, & tamen Dominus dominans, cuncta in *ECCLESIA* sustentans, regens ac gubernans; eadem mediâ in morte potuit esse servus, & tamen Dominus dominans, cuncta in *UNIVERSO* sustentans, regens & gubernans; imò

ad unicum digitulum vel capillulum conservandum EADEM illa virtus requiritur, quæ ad TOTUM.

Pag. 47. dicit. Placuisse Christo regere Ecclesiam. Resp. Et placuit INDIVISE unâ cum ἀγῶ regere omnia, Joh. 5. Pater meus usq. nunc operatur, & EGO operor: QUÆCUNQUE Pater facit, illa Filius similiter facit, &c. Plenariam majestatis usurpationem in statu exinanitionis nos nullibi docemus. Vide τὰν. per totum, maximè p. 59. 716.

Pag. 48. Distinctio inter officium regium & Sacerdotale non nova. τὰν. pag. 99 217. 253.

Pag. 49. Errant, ignorantibus genuinam nostram mentem. Quando enim asserimus, Christum ut Sacerdotem se exinanivisse, hoc volumus, Christum ut pro nobis pati & mori posset, & per hanc passionem nos à maledictione eternâ liberare, majestatem erga SE non usurpasse, hoc est, injurias, passiones mortemq; ipsam à se non repulisse: dum autem totus θεῶν ἑσθλῶν ERGA SE majestatis usum (NON propulsando scilicet injurias) non usurpavit, ubi potuisset, interea non sequitur, humanam naturam majestatem suam ergo mundum quoq; totum INDIVISE unâ cum ἀγῶ non usurpasse, hunc scilicet regendo & omnia operando. Sicuti proinde ERGA SE majestatis usum retraxit, ut pati & mori posset, & tamen ECCLESIAM suam omnipotenter, omnisapienter & omnipræsenter rexit; ita eundem majestatis usum in statu inanitionis ERGA SE retraxit quidem, ut patiendo & moriendo opus redemptionis peragere posset, & tamen TOTUM UNIVERSUM omnipotenter, omnisapienter & omnipræsenter rexit, Joh. 5. Positis his, exceptio p. 49. evanescit. Humiliari enim debuit, ut mori & SACERDOS esse posset.

Pag.

Pag. 50. Christum secundum utramque naturam *IN* & *EX SE* exinanitum & exaltatum non dicimus. *Tam* pag. 249. *Sedere ad dextram Dei* æquivocum est. Vide *Tam* p. 530. & *Impiet. Phot. D. Thum. cap. Christum ante adscens. fuisse Dominum.*

Pag. 51. num. 4. *Plenarium regimen* non agnoscimus; nec consequentijs, sed *claro DEI verbo*, *Johan. 5: Pater meus usque nunc operatur, & EGO operor, ex secundo genere commun. Idiomat. in Formul. Concord. pugnamus.*

Pag. 52. Dictum *Johan. 5. 1. De solo explicant. Alio; De solâ miraculosâ sanatione; Sed vide solutionem. Tam. pag. 626.*

Pag. 54. *Christus homo ÆQUALIS DEO* est non *æquo*, sed *æquo*. *Tam. pag. 638.*

Pag. 56. *Ex loco Johan. 3. 13: Nemo ascendit in cælum, &c. non univertalem operationem, sed propinquitatem saltem substantialem hominis Christi ad creaturas demonstramus. Plenarium regimen in statu Exinanitionis non agnoscimus.*

Pag. 57. *Quomodo dictum Johan. 3. 13. De Jure regni cælorum exponi possit, vide Tam. p. 373. Lutherus ex hoc dicto præsentiam ad creaturas universalem probat, Tam. pag. 363. 364. Vide in Decisione pag. 58. 59. 60.*

*Antithesis I. falsa est. Tam. p. 251. Antithesis II. ludit ambiguitate adscensionis, vide Defensionem justam D. Osandri p. 270. 271. Antithesis III. ludit vocabulo sedere Tam. p. 530. Antithesis IV. Dubia; sive enim ipsum regimen intelligit, falsa est; Sin verò MODUM indigitat, vel principium petit, vel nos non tangit, Tam. pag. 179. num. 7. eo quod exinanitionem sola *æquo**

seu *occultatione* non definiamus. ταν. p. 201. Antithesis V. non negamus, Christum se *plenario usu*, ut pati & mori posset, exinanivisse. ταν. pag. 217. Antithesis VI. Quomodo homo Christus sit *equalis Deo*, vide ταν. pag. 638. De unitate ταν. pag. 90. 91.

CAPUT IV.

De Statu Exinanitionis.

Pag. 66. Christum secundum utramque naturam *ex se & in se* non dicimus exinanitum. ταν. pag. 249. Deitas Filij Dei *in assumptâ, sibiq; realiter appropriatâ carne per ιδιοποιήσων* est passa; humanitas in *λόγον* assumpta *ex communicatâ maiestate, vi ἡσθησίας ἐνεργησῶν* INDIVISÆ cœlum & terram gubernavit. 2. Exinanitio non gemina. ταν. pag. 196. 197. 198. nec sola *κρυψίς* seu occultatio est. ταν. pag. 201. 207.

Pag. 67. 68. frustraneæ sunt. Ipsi enim non dicimus, Christum secundum proprietatem divine nature humiliatum. ταν. pag. 249.

Pag. 69. Propositiones nonnullas ad *primum genus communicationis idiomatum* referunt, de quibus vide ταν. pag. 865. 872. 873. maximè pag. 877. NB.

Pag. 70. 71. 72. 73. Nihil contra nos. Exinaniri enim, pati, mori, &c. non *essentiales proprietates* divine nature dicimus.

Pag. 73. n. 4. Exinanitio non *simulatio* est, quod largâ manu concedimus. ταν. pag. 201. &c. 214.

Pag. 74. statim non planè formant; vide ταν. p. 197. Terminus *plenariè* æquivocus est, ταν. p. 159. 716.

Pag.

Decisione 4. Quest. Theolog. 67

Pag. 76. Exinanitio non idem, quod occultatio. Respond. τωω. pag. 210. 211.

Pag. 77. 78. 79. concedimus, Christum plenariâ usurpatione majestatis se evacuâsse. Plenarium enim ex Formul. Concord. & omnibus veteribus Theologis regimen requirit majesticè gloriosum, ab omni malo culpa & pœna liberum, *QUALE* in Exinanitione non fuit, τωω. pag. 197. eò quòd exinanitio retractio usus interni, propriam carnem respicientis, fuerit, τωω. p. 217. atque illius, qui finem incarnationis, nostram scil. redemptionem impedire potuisset. τωω. p. 227. &c.

Pag. 79. Locus Actor. 2. adducitur, qui tamen τωω. p. 710. 711. solutus, nostramq; sententiam vel id eò non infringit, quia ibi non tantùm Dominus, sed & Christus dicitur factus. Uti autem post adscensionem ad cœlos factus est *NON DEMUM actualis Christus*, ita nec *actualis Dominus*.

Pag. 81. τὸ *REFLEXE* è rejicitur. Verùm Paulus Phil. 2. exerte dicit, inanivit (*NON NOS*, sed) *εαυτὸς SEIPSUM*. Vide τωω. pag. 217. 219.

Pag. 82. Abdicatio donorum habitualium proscribitur. Verùm illa in τωω. pag. 234. reducitur. τὸ *Plenarium* sensu Dissentientium non agnoscimus. τωω. 197. pag. num. 6.

Pag. 83. τὸ *Plenarium* nobis iterum contra omnem mentem obruditur. τωω. 159.

Pag. 84. num. 4. pro nobis expressa litera Johan. 5. loquitur.

Pag. 85. Exinanitio non quidem *SOLA* est *αὐτὸς*. τωω. pag. 201. inter alia tamen etiam est *occultatio*, τωω. pag. 237. & 238.

Pag. 86. 87. *Plenarium* iterum recoquitur; sed Resp. *τὰ π.* p. 159. *ibid.* ἐκείνῳτ. solut. *τὰ π.* p. 508.

Pag. 87. De occultatione, exinanitione. & exaltatione. Resp. *τὰ π.* pag. 244. 245.

Pag. 89. Christum hominem *plenario usu* se evacuasse damus. *τὰ π.* pag. 159.

Pag. 89. & 90. ad Syllogismum in *τὰ π.* p. 239. positum, per negationem Majoris responderetur: verum Minorem nos ex Joh. 5. probamus. Ead. pag. 90. termino *plenarie* luditur. *τὰ π.* pag. 159.

Pag. 91. repetitur Syllogismus pag. 77. & 78. positus. Verum responsio est eadem.

Pag. 92. 93. *Plenarium* iterum nobis obtruditur, quod non agnoscimus. *τὰ π.* pag. 159.

Pag. 93. *Solvitur persona*, quia dividitur in *divinam naturam operatio* (dum soli λόγῳ datur, quod in secundo genere communicationis idiomatum utriusque naturae proprium est), *Divisis autem operationibus, divisa est persona*. Quomodo λόγῳ seu divina natura τῷ λόγῳ in assumptā sibiq. realiter appropriatā carne sit passa, vid. Disp. D. Thum. mij. de Majest. Christi à pag. 125. ad 138.

Antithesis I. injuriosa est. *τὰ π.* pag. 249. Antithesis II. quomodo Deitas τῷ λόγῳ in assumptā sibiq. realiter appropriatā carne sit passus, in Disput. D. Thum. de Majest. Christi pag. 125. & seqq. expositum est. Antithesis III. itidem injuriosa, quia *plenarium* non agnoscimus. *τὰ π.* p. 159. Antithesis IV. petit principium, quia universale indivisum regimen è loco Joh. 5. (*Pater meus usque nunc operatur & ego operor*) è secundo genere communicationis idiomatum in F. C. descriptum probamus. 2. ludit etiam termino *plenarie*. Antithesis V. prorsus nulla est.

Decisione 4. Quæst. Theolog. 69

est. Etsi enim primum genus Communicationis Idiomaticum particulis distinctivis ostendat, cujus natura quid sit proprium, altera tamen natura ob realem Idiomaticum & omnium ἐπεξεύων officialium ἰσιστικῶν non excludit. τὰ π. pag. 877. 878. VI. Antithesis nulla, eò quòd exinanitio non sola κενώσις seu occultatio. τὰ π. pag. 201. VII. Antithesis ambiguitate τῆς Secundùm laborat. VIII. Antithesis terminum plenarij obtrudit. τὰ π. p. 159. IX. Antithesis injuriosa est. Resp. in τὰ π. p. 701. In Antithesi X. à literâ non recedimus, quia realem evacuationē, scripturis & libris Symbolicis congruam, piè credimus. τὰ π. pag. 201. Et hæc sunt, quæ ad Decisionem ante paucos dies nobis transmissam pro tempore reponere voluimus.

*Sanctifica nos in veritate tua! Sermo
tuus est veritas.*

Erratum

pag. 46. Marginale ponatur ad lineam à fine, 3.

F I N I S.





Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.


Faint, illegible text, likely bleed-through from the reverse side of the page.











Acta Mentzeriana.

errit: similiter: TANTUM humanam naturam
 et divina natura ne quidem per appropriationem
 item hoc non est operationes in naturas divide-
 sanè, quid sit operationes dividere, imò ne Je-
 ani amplius accusandi erunt, quòd dividant.
 em Mentzerus, se distinguere duntaxat, & ne-
 re, sed idem omnes Ieluitæ & Calviniani di-
 iælo credere possit, hoc esse operationes tantum
 uni natura, cui propria sunt, tantum adscribun-
 cui per se non competunt, penitus ille removean-
 uti mentzerus facit. Nec iuvat ipsum, si velit di-
 anam naturam tempore inanitionis ad regimen
 currisse sentiat, se tamen à persona regente illam
 separare. Hæc enim itidem omnium Calvinia-
 rû communis vox est, utiin Repetit. D. Thum-
 nus communicationis idiomatû demonstratû.
 æ per pag. 62 63: usq; ad finem sequuntur, so-
 scriptis Anti-Mentzerianis D. Osiandri & Dn.
 trita & refutata, ut pigeat hic illa reassumere,
 tiam nullum repetita refutationis videre liceat
 tam quæ de primo (methodo analyticâ) genere
 Repetitione per totum quartû (methodo syn-
 on tantum in genere, sed & in specie tam perip-
 tã, ut nemo plura desiderare possit. Sufficiat
 tationem Orthodoxis, mentzerum examussum
 o Crocio in Apologetico pag. 242. & seqq. con-
 rò de distinctione inter officium Sacerdotale atq;
 lla in Examine D. D. Thummi pag. 35 48. suffi-
 licata sunt.

nunc ostensum est, (liceat hîc nobis parumper
 loqui, atque eâdem, quâ ipse, coronide Acta
 fundamentum nostræ sententiæ firmissimum esse;
 pius intuenti appareret, eodem planè modo in omni-
 one docere Consistorium Sturgardianum, Facul-
 am Tubingensem, omnesq; Theologos VVirttem-
 o, quia ductum Scripturæ atq; Formula Concordiæ
 non privatis indulgent speculationibus, in quibus
 L l 2 facillimè